

H. Sax. Cert. 1774

**HISTORIA
NICOLAI CRELLII,
CAPITE PLEXI,
VARIIS ABERRATIONIBUS
LIBERATA,**

de qua

**SUB AUSPICIIS DIVINIS,
SUPERIORUM CONSENSU,**

PRÆSIDE

HERM. CHRISTOPH.

EMBECCEN,

**PHIL. AC S. S. THEOL. DOCT. HUIUSQUE PROF.
PUBL. ORDIN. FACULTATIS SUÆ h. t. DECANO, &
AD ÆD. JOHANN. PAST.**

**PATRUO AC HOSPITE OMNI PIETATIS
CULTU DEVENERANDO,**

**IN AUDITORIO MAXIMO
ILLUSTRIS ROSARUM ACADEMIÆ,**

*in publica Eruditorum panegyri
differet*

CHRISTIANUS HENRICUS

EMBECCEN,

Rostochiens. Jur. Utr. Cultor.

Ann. MDCCXXVII. die 29. Januarii.

Operis ADELERIANIS.

VENERANDO. GENITORI. SUO.
ET. MUNERUM. AMPLITUDINE.
ET. DEXTERITATE. INGENII.
ET. MERITORUM. INSIGNIUM. GLORIA.
CORUSCO. RELIGIOSISSIMOQVE.

V I R O.
HENRICO.
ASCANIO.

Engelken.

DIVINÆ. PARITER. AC. HUMANÆ. SAPIENTIÆ.
DOCTORI.

SUPERINTENDENTI. PARCHIMENSIS. MEGA-
POLITANÆ.

AC. SVERINENSIS. DIOECESEOS.

SACRORUM. PARCHIMIENSIIUM. ANTISTITI. PRIMARIO.
RELIQVA.

CHRISTIANUS. HENRICUS.

ENGELKEN.

FILIUS. DEVOTISSIMUS.

SALUTEM. &. FELICITATEM.

Quanto



Quanto conspirans Gentium fama cum cultu, tum honore; & quanta admiratione eos nunquam non prosequuta fuerit, qui mensuram appellationum suarum rite ac sapienter implent, nemo vel nescire potest, vel negare. Ad horum nationem accedis, nostroque Sæculo decus singulare illis concilias, **EXOPTATISSIME PATRUM**, qui dulcissimum Genitoris, quo **TE** veneror, nomen & **TUO** jure geris, & perpetim tueri in deliciis habes. Utut enim Supremi Numinis gratia iis floreas virtutibus, quas qui possident, vix sunt numero totidem,

Quot Thebarum portæ, aut divitis ostia Nili;

hanc tamen ita propriam **TIBI** & eminentem inter ceteras effecisti, ut, mea in dicendo infantia majorem, timidissima admiratione, soloque silentio, venerer. Equidem paterni documenta amoris ab ineunte ætate, non solum eo tempore, quo **TE** cum una & conjunctim vixi, pleno percepi modio; sed iis etiam nunc, locorum intervallo disjunctus, vel quotidie

tidie fruor, quem e liberis in hoc mundo unicum habes, Tuique observantissimum. Unde nulla mihi lætior potest evenire occasio, quam quæ suppeditat ansam & modum, hæc magna benefacta grata mente agnoscendi, prædicandi. Qualem jam quoque obtigisse, in sinu gaudeo, postquam decrevi, Præsidente **MAXIME REVERENDO DN. FRATRE TUO**, publice, in Academia Patria disputando, virium mearum periculum facere. En ergo primitias studiorum benignitati **TUÆ** consecratas! En obstricti animi, pro tot tantisque beneficiis, symbolum, pietatis incorruptæ monumentum! Quod, ut consueta, hoc est serena, fronte accipere, & perlustrare oculis nullus dedigneris, oro, immo omnibus precibus obnixè contendo. Nihil ulterius præter votum addo, quo Cæsarem Augustum olim Venusinus vates donavit:


*Serus in cælum redeas, diuque
Lætus intersis populo piorum.*

Hoc enim, quanquam concisum est, omnia tamen devoto pectore unquam vovenda nervose ante oculos ponit, neque Ecclesiæ salus & incrementum, præsidium clientum, amicorum gaudium, mea denique ipsius prosperitas eodem non continetur. Vale & me amare, ut facis, perge.

*Rofeti, IV. ante Kalend.
Februar.*

A. S. CIO. IDCC. XXVII.

HISTO-



HISTORIÆ NIC. CRELLII, CAPITE
PLEXI, VARIIS ABERRATIONIBUS
LIBERATÆ.

PRÆLUSIO.

Fortunam hominis similem esse vitro, quod dum maxime splendet, frangitur, tam verum est quam quod verissimum. Si enim pristina respicere Sæcula, & cum iis præsentia contendere colliberet, fertilem eorum messem, qui ex supremo honoris culmine, alii quidem propria culpa, alii autem nullo suo merito, in imam miseriarum abyssum deciderunt, facile possemus dare. Quis tam in sacris literis hospes est, ut dura *Principis pistorum Gen. XL. 16, 22.*; *Joabi*, Ducis bellici spectatissimi, *1. Reg. II. 28. seqq.*; *Hamanis*, primarii, in aula Ahasveri Persica, *Ministri, Esth. VII. 10.*, & *pyrrum*, nesciat fata? conf. *quoad Hamanem, Guil. Saldeni Otia Theologica Lib. III. Exercit. I. p. m. 423. seqq.* Quis profanarum historiarum adeo rudis, ut non sexcentos novercantis fortunæ casus in numerato habeat, saltem non penitus ignoret. Ex vetustiori ævo afferri in scenam meretur *Belisarius*, Justiniani Cæsaris Imperator bellicus, innumeris victoriis, rebusque fortiter gestis, inclutus, uti etiam patet ex *l. 2. C. d. Offic. præfect. urb.* Tantum sane sibi amorem conciliaverat, ut *Justinianus*, teste *Petr. Gyllio Libr. 2. de Topograph. CP. Cap. 12*, apud *Jo. Jac. Hofmannum in Lexici Universalis Continuatur.*

A

nuat.

*nuat. Tom. I. p. 255. b. nummum quendam excudi curaret, in
 cujus uno latere sculptus erat Justinianus, Belisarium excipiens
 triumphantem, in altero autem Belisarii extabat imago, cum hoc
 elogio: Gloria Romanorum Belisarius. Conf. Caroli du Fresne Dis-
 sert. de Imperatorum Constantinopolitanorum Numismatibus, n. 62 p. 42,
 quæ habetur in Glossarii ad Scriptores mediae & infimae latinitatis,
 Ejusque Tom. III, calce. At vero quem fortuna extulerat, ma-
 xime iterum demersit, quandoquidem in affectati imperii su-
 spicionem veniens, captivus detentus, ac honore pariter at-
 que bonis exutus est. Addunt alii, eundem, utroque priva-
 tum oculo, & in exiguo extra Constantinopolin tuguriolo com-
 moratum, à prætereuntibus stipem emendicasse, hisce verbis:
Da obulum, viator, quem invidia, non culpa, excæcavit. vid. Hofman-
 num in Lexic. Universal. Tom. I. p. 269. Ultimam tamen hanc
 relationem pro commentitia habet Wesselus in Disp. de fabulosa Be-
 lisarii cæcitate & mendicitate Cap. II. Sect. II seq. p. 7. seq. Ex propin-
 quiori salutaris Reformationis tempore nos ad se vocat Thomas Mo-
 rus, Angliæ Cancellarius famigeratissimus. Hic enim, optime
 quamlibet de universo regno meritis, iram Regis, Henrici IX,
 gravissimam, non negotiorum politicorum, sed religionis
 causâ, quia nimirum, tanquam Pontificius, justitiam acceptæ
 à Rege summæ in Ecclesiasticis potestatis juramento confirma-
 re nollet, in se concitavit, adeo ut ann. 1535. die 6. Jul. capi-
 te mulctaretur. Erudite ac nervose tota hæcce tragædia per-
 oratur in tract. cui tit: Historische Nachricht von Thoma Mori,
 gewesenem Canslers in Engelland, Enthauptung, daraus zu erse-
 hen, daß die Jesuiten zu Manheim keine Ursache gehabt, die zu
 Thorn verübte Tyranney damit in ihrer, vor einiger Zeit gehal-
 tenen, Tragædie zu beschönigen, ostenditurque, Morum, Romanæ
 religionis basiatorem, prædicto Regi, pontificiæ pariter fidei
 ad mortem usque addicto, capitis pœnam, ob assertam mor-
 dicus Romani Pontificis auctoritatem, dedisse, adeoque Jesui-
 tas Manheimiensis inde satis inepte Thoruniensi sævitia, à
 Pontificiis in innocentes quosdam Lutheranos exercita, colo-
 rem*

rem quendam inducere studuisse. In perennem interim *Morè* memoriam sequens positum accepimus epitaphium :

*Henricus Morum gladio jugulavit iniquo,
Tam dignum vita, quam fuit ipse nece.
Mortuus ille tamen vivet per Sæcula cuncta,
Post mortem virtus vivere sola fecit.*

Vid. *Jo. Ad. Bernhards Curieuse Historie der Gelehrten Lib. IV. cap. 26. p. m. 841.* Ex superiori Sæculo huc spectat *Otto Brügmannus, Friderici, Ducis Holsatiæ, Confiliarius & Legatus per Moscoviam in Persiam.* Hic enim, finito legationis negotio, in jus vocatus, & ad laqueum condemnatus, eam tamen Principis expertus est gratiam, ut, mitigata judicum sententia, gladii duntaxat supplicium subierit, uti prolixè enarrat *Ad. Olearius in der Moscovitischen und Persianischen Reise-Beschreibung, Lib. VI. Cap. XXVII. p. m. 765.* ubi etiam in principio libri picturæ Brügmannianæ subjectum legitur epigramma :

*Hisce superciliis, Brughmannus, fronteque terris
Sed superis tacito pectore notus eram.
Hamburgum vitam dedit, atque Hispania mores,
Cimbria fortunam, sed mea fata necem.*

Nostra memoria Svecia pariter atque Hispania exempla volubilibus fortunæ suppeditarunt notabilissima. Multum sane apud Regem *Sveciæ* gloriosissimum, *Carolus XII*, valebat *Baro Georg. Heinr. de Goertz*, Minister status, auctoritate ac consiliorum copia instructus. Sed vix sol regni occiderat, ubi pariter *Göritzii* fortuna tenderet ad occasum. *Holmiæ* etenim anno 1719, lata mortis sententia, haud procul a loco supplicii, caput ipsi securi, more *Svecorum*, amputatum esse, publicæ docuerunt novellæ. Ipse vero *Göritzius* hoc sibi antea confecerat Epitaphium: *Mors Regis, fides in Regem, est mea mors.* conf. *Anonymi Sammlung verschiedener Berichte, auch Staats-Schriften, den Todt Caroli des XII, und die Erhebung der Königin Ulrica Eleonora auf den Schwedischen Thron betreffend pag. 173.*

Quid in *Hispania* pronuper actum sit cum *Principe de Ripperda*, vel *Ippis* constat & tonsoribus. Est is natione *Batavus*, religione *vertumnus*, factus quippe, ex *Romano-Catholico*, *Reformatus*, & mox iterum, ex *Reformato*, *Romano-Catholicus*, consveta *Ecebolistarum* methodo, religionem ex felicitate temporali metiens. De cætero ad tantum dignitatis fastigium pervenerat, ut *Philippo V.* *Hispaniarum Regi*, esset à consiliis intimis, imo primariis, ac super reliquos aulæ sectatores tantum emineret, quantum *lenta solent inter viburna cupressi*. At vero diuturnus non extitit blandientis fortunæ splendor. Hoc ipso enim anno 1726. eum *Madriti*, jussu Regis, ex palatio *Legati Anglici*, ad quod tanquam ad asylum confugerat, militari manu protractum, & in custodiam datum, in facta quoque ejus, ac acta, à Regiis delegatis sollicitè inquisitum esse, relationes testatæ sunt. Alios viros in eminentia constitutos, & gradu motos, enarrat *D. Ad. Rechenberg. in Dissert. de Casibus Ministrorum in Repub. eminentium*, cum quo contendit potest *Anonymus* in tr. cui tit.: *Politischer Discurs über die Biblische Historie vom Bel zu Babel*, ejusque Appendice von zwölf erhöhten und gefallenem Ministris. Horum censui merito adjungitur *Nicolaus Crellius*, Cancellarius primum *Electoralis Saxonicus*, mox, varia ob scelera, officio exutus, ac carnificis gladio peremptus; ad hunc namque, si unquam ad alium, quadrat illud *πολυθρύλλητον*: *Tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant*. Quoniam autem circa historiam mutatæ ipsius fortunæ ac ultionis capitalis, multæ deprehenduntur aberrationes, constitutum nobis est, curatori eas detegere opera, ac errantes ex aviis in viam veritatis reducere. Faxit DEUS veritatis feliciter!



TRA-

TRACTATIO.



Ntequam ipsum propositum decurrere incipiamus stadium, *historiam Nic. Crellii, capite plexi*, variis variorum aberrationibus liberando, de ipso *Crellio* quædam præmonere lubet. Natus est Lipsiæ, ac ingenii acumine insigni- aliisque naturæ dotibus, plane egre- giis, polluit, & non tantum in scholis pariterque Academiis, navum ac indu-

strium se præbuit, sed profectus etiam in scientiis tam philo- sophericis, quam juridicis, adeptus est eximios, quandoquidem Lipsiæ Magistrum legentem non sine applausu egit, Philoso- phos, ob pædantissimum, quem vocabat, sæpenumero exagi- tans. eosdemque *Notionum secundarum* nomine insigniens. Vid. *B. Alberti Eros Lipsicus* p. 6. *Godofr. Arnoldi Kirchen- und Reher- Historie, Part. II. Libr. XVI. Cap. XXXII. §. 31. p. m. 389.* & *Erdm. Uhsenii Kirchen- Historie des 16. und 17. Jahrhunderts Lib. I. c. 3. §. 16. p. 262.* Postmodum quoque præmium eruditionis juridicæ, doctoratus puta axioma, abstulit, & mox *Christiani I*, Electora- tus Saxonici hæredis, Consiliarius, tandemque ejus in Electo- ratu Cancellarius evasit. *Petulantis* interim *animi* indicia in ipsa jam juventute se exseruisse, fama est. Nam *Adamus Si- berus*, laudatissimus Scholæ Grimensis Rector, eum, tunc disci- pulum suum, ita compellasse fertur: *Tu eris aliquando pestis pa- triæ*, motus dubio procul malitiæ juvenilis documentis, per- versitatis futuræ præludiis, uti memoriæ prodidit *Nicolaus Blu- mius*, in der *Leichpredigt über den custodierten D. Nic. Crell.* p. m. 48. Prolixius ac plenius primorum annorum indolem edif- ferit *M. Henr. Aug. Schumacherus*, Scholæ Grimensis Con- Rector, in *Historia Vitæ Adami Siberi* p. 233. scribens: *Nicolaus Crellius, Li- psiensis, receptus est an. 1568. d. 25. Jul. in nostram Scholam provinci- alem,*

alem, & an. 1571. d. 1. Mart. ex eadem discessit. Hic per tres fere annos Siberi discipulus fuit in Gymnasio nostro, cui tamen, NB. ob turbas, quas inter alumnos sæpè excitavit, non adeo carus fuit. Sæpe enim multumque temeritatem ei exprobravit, & ob interiores animi notas, quas vultu & moribus prodidit, prædixit: TU ERIS ALIQVANDO PESTIS PATRIÆ. Factus post hæc J. U. D., Cancellarius, & intimus Christiani I. Electoris Saxonie Consiliarius, pestem omnino patrie intulit, quemadmodum ex historia temporum illorum de Crypto-Calvinianismo constat. &c. Licet autem Arnoldus l. c. istam, de Siberi prædictione, narrationem false derideat, eamque in Postillis maxime propinari, sarcastice profiteatur, provocans ad auctoritatem Amicorum Crellii, in der Antwort und Gegen-Bericht auf die Leich-Predigt Crellens pag. 148; eandem pro fabulosa habentium; Attamen mera Arnoldi derisione res non erit confecta, neque, si vel maxime in Postillis illius Siberi effati fieret mentio, ea propterea illico falsitatis incusanda esset, nisi Arnoldus proprium jugulum petere, atque Postillis suis parum veri inesse, largiri vult, ut taceam, nullam Postillam, quæ dicitur, ab Arnoldo citari. & tamen præsertim ad Postillas traditionem illam relegari. Tandem subsannatio Arnoldi carioso subsistit fundamento. Nam ita dicti Amici Crellii, (sub quorum larva Pseudo-Policum quendam delitescere existimat B. Phil. Nicolai in der Abfertigung des Laster-Buchs unter dem Nahmen Crellianischer Freunden wieder die Dresdische Leichpredigt ausgesprenget, sub fin. Tr. Sieg und Freuden-Tritt der Wahrheit Opp. Germ. Tom. IV. p. 902. b.) nudam tantum proferunt negationem, & propterea omnem decoxerunt fidem, adeo ut ob manifesta mendacia Liber iste ab Imperatore Rudo'pho II. proscriptus sit. vid. §. II. Nec deinceps pietatis atque orationis exercitium, Crellio curæ fuisse cordique, ex sequenti videre est specimine. Venerat ann. 1588, negotiorum nonnullorum causa, Cygneam, apud scribam urbis divertens. Cum itaque liberi hujus Viri benedictiones mensæ ac gratiarum actiones recitare tenerentur, Crellius, eapropter irritatus, ingeminavit: Cui usui ista esset garrulitas? Wozu das Geplapper nüz wäre? Tandem quoque, pertæsus precum recitatarum, abiit, neque

neque aures amplius illis vacivas præbere voluit, uti legere est apud *M. Tob. Schmidt*, in der *Zwifckauischen Chronica*, P. II. p. 427. Iterum *Arnoldus loc. cit.* more consveto, Advocatum *Crellii* ordinarium hic agit, de opere operato illum locutum esse, dicendo: *Cui bono ista esset garrulitas?* causatus. At, si dictatoriam *Arnoldi* potestatem revereri recusas, nihil cernis solidi. Unde enim excusationem suam haufit dictator? An ullum *Crellio* excidit verbum, ex quo colligi possit, *opus operatum*, quod dicitur, precum, ipsi duntaxat displicuisse? Et annon *Arnoldus*, dum in *Crellio* excusando totus est, ex altera parte impingit in amorem proximi? tacite *Scribam*, ejusque *familiam*, insimulando, quod, interno precandi ardore exulare jussu, externum solum curarint opus. Militat sane præsumptio pro Parente, quod composita preces fuderit mente, & prouti decet, liberos ad ardentem orandum nulla non diligentia exstimularit. Tandem quoque *Arnoldus* fanaticum prodit ingenium, taciteque externum orandi modum fugillat, roditque, dum, *opus operatum* *Crellio* non arrisisse, ait. Notum enim est ex *Scripto Arnoldino*, titulum præferente: *Lutherus ante Lutheranismum*, Auctore *Jeremia Heraclito Christiano*, *Arnoldum*, quicquid externum est in cultu divino, eliminatum velle ac proscriptum, relicta sola pietate interna. Conf. *Labores meos Catecheticos Sect. I. §. 27. p. 56.* Quis ergo non animadvertit, *Crellium*, ex mente *Arnoldi*, recte fecisse, talem precum fusionem aspernando, quia illa pro nudo opere externo habenda, ac plane releganda sit. Id tamen ipsi ducitur laudi, quod *justitiæ administrandæ* strenuam navarit operam, & absque personarum respectu, tam pauperum, quam divitum egerit causam. Ita namque tres *Ministri Evangelici in Examine Examinis Pieriani Cap. I. Opp. Nicolai Tom. IV. p. 453:* Was sein Amt belanget, so ist er ein guter *Justitiarius* gewesen, und hat kein Ansehen der Persohnen bey ihm gegolten, sondern dem Armen sowol, als dem Reichen zu seinem Rechte verholffen. Quantum autem sua ad res gerendas aptitudine sibi eo jam tempore, quo nondum triginta annos vivendo exegisset, comparavit pretium atque æstimium, satis comprobare videtur nummus qui-

quidam, exhibens imaginem ipsius, cum hac inscriptione: *Nicola Krel, J. U. Doct. Æta. 29.* id est, Nicolaus Krel, Juris Utriusque Doctor, Ætatis anno vigesimo nono, uti legere est apud *Christ. Junckerum* im güldenem und silbernen Ehren-Gedächtniß *Lutheri* §. 74. p. m. 359. Utinam dotibus, a Supremo Numine concessis, non fuisset abusus, sed talentum suum eximium in honorem DEI & Ecclesiæ pariter ac Reipublicæ emolumentum ubique collocasset! De cætero caput ipsius, truculentiam velut ac austeritatem spirans, exhibetur in frontispicio *Tom. IV. der neuen Bibliothec.*

§. II. Sed & in antecessum *Scripta*, occasione supplicii *Crelliani*, in publicum emissa, si non omnia, aliquot tamen, saltem potiora, recensere haud erit dividia. Omnium primum lucem aspexit *M. Nic. Blumii* *Leichpredigt über D. Nic. Krell.* Concio quippe hæc funebris postridie ejus diei, quo *Crellius* pœnas luit, à *M. Nic. Blumio* in templo B. Virginis publice habita, mox quoque typis evulgata est, in qua multa singularia & notatu dignissima contineri *Christ. Thomastus* fatetur in *der Rebs- & Ehe* p. 23. At vero, sicuti *Crellius* multos in vita sortitus est basiatores, consiliorumque ipsius participes ac socios, nominatim *L. Joh.* (non *Henricum*, uti legitur apud *Jo. Henricum Bæclerum de rebus Seculi XVI.*, in *Annotationibus Dn. Jo. Burchardi Maji*, p. m. 687.) *Salmuthum*, Concionatorem Aulicum Dresdensem, *D. Wolfg. Harderum*, Superintendentem Lipsiensem, *Christoph. Gundermannum* (*) Pastorem Lipsiensem, *D. Georg. Schönfeldium*, Superintendentem Dresdensem, *M. Davidem Steinbachium* (**) Concionatorem aulicum Dresdensem, *Urbanum Pierium*, (***) Professore

(*) De *D. Gundermanni* captivitate, reversalibus, dimissione, aliisque, varia notabilia, ex *Jac. Franci Historice Relationis, anni 1592. continuatione* p. 84. narrantur a *D. Phil. Nicolai* in *dem Sieg und Freuden-Tritt der Evangelischen Wahrheit*, *Opp. Germ. Tom. IV. p. 561. sq.*

(**) De *Steinbachii* custodia, conatu evadendi, & inde orta fractura pedis, revocatione &c. lege ex *Franci Relationis Contin. p. 51, D. Nicolai l. c. p. 517. sqq.*

(***) *Pierium* factum esse perjurum, violando non solum, quod in Augu-

forem Theologiae & Superintendentem Wittebergensem, alios; Ita praesertim anno statim sequenti 1602 praedictus D. Pierius, factus tandem Pastor Bremensis, *Blumii* concionem aggredi ausus est in *Examine* und Erläuterung der in der Leichpredigt, über den enthaupteten D. Nic. Krell gehalten, fürgebrachten neuen Religions-Streiten, eingestreueten falschen Beschuldigungen, und unerfindlichen Anlagen, Bremæ an. 1602. Sed opposuit ipsi D. Philipp. Nicolai, ad D. Catharinæ Pastor Hamburgensis, *Examen Examinis Pieriani*, das ist: Schul-Führung und Abfertigung des *Examinis*, so D. Urbanus Pierius, Calvinischer Prediger zu Bremen, wider die zu Dresden bey der Begräbniß D. Nic. Crellii gehaltenen Leichpredigt, durch offenen Druck ausgesprenget, zu nothwendiger Verantwortung reiner Lehr der Evangelischen Kirchen in Sachsen, als auch zu richtiger Entdeckung, und gründlicher Wiederlegung etlicher Calvinischen Irthumen Hamb. 1603. 8. Reperitur etiam liber hic in Nicolai Operibus Germanicis, a Dedekeno editis, fol. Tom. IV. p. 188. sq., in quo tamen non tractantur historica, sed tantum dogmatica. Quia nimirum Pierius in *Examine*, duabus prioribus partibus, Reformatorum placita defendere, & tertia parte demum res cum Crello gestas perstringere studuit, B. Nicolai priores tantum duas partes examini subjecit, ipso id manifeste monente in *Examine Examinis* pag. 7. ed. in 8vo, Opp. Tom. IV. pag. 192. Hoc autem *Examen Examinis* iterum impugnare conatus est Pierius in der Abfertigung. Sed neque Nicolai in se aliquid desiderari sivit, haud quippe multo post, Anno 1603, emittens, die freudige Wiederkunft auf die saule Abfertigung von D. Urbano Pierio, wider das wohl begründete *Examen Examinis*, 8., 01 p. Germ. Tom. IV. p. 380 sq. Licet jam Pierius ad hoc Nicolai scriptum obmutesceret; attamen

B

penitus

Augustanam Confessionem, Francofurti, in promotione Doctorali, sed etiam, quod ante dimissionem ex carcere praestiterat, juramentum, monent tres Ministri Evangelici in *Examine Examinis*, Praefat. Opp. Nicolai Tom. IV. p. 427. Ipsa autem Pierii stipulatio juramento confirmata, legere est in *Exam. Examinis* P. I., Opp. Nicolai Tom. IV. p. 448. sq. Adde quæ habentur ibid. p. 452.

penitus filere noluit, sed iterum enixus est *Apologiam* quandam, quapropter *D. Nicolai* eandem pariter confutavit in dem *Sieg und Freuden-Tritt der Wahrheit Christl. Religion in den Evangelischen Kirchen durch Sachsen*, auf die faulstreckende *Apologie*, damit *D. Urbanus Pierius* das wohlbegründet *Examen Examinis* zu vergeblicher Beschirmung seines todtsüchtigen *Calvinismi*, feindlich anschnattert, *Opp. Tom. IV. p. 510. seqq.* Interim neque *TERTIA PARS EXAMINIS*, a *Pierio* concinnati, mansit intacta, quandoquidem tres *Ministri Evangelici*, *Nic. Blumius*, *Pastor Dohnensis*, *M. Tobias Rudolff*, *Ecclesiae Dresdensis Diaconus*, & *Ad. Mollerus*, *Dresdensis* itidem *Diaconus*, *publici juris fecerunt Examen Examinis Pieriani*, das ist: *Schulführung und Abfertigung des vermeinten Examinis*, so *Urbanus Pierius D.*, *Calvinischer Prediger zu Bremen*, wider die *Leichpredigt*, so dem enthauptesten *D. Nicolao Crellen* nachgehalten, und von dreyen *Predigern* unterschrieben worden, durch öffentlichen *Druck* ausgefertigt, und wird darinnen fürnehmlich der dritte *Theil refutirt*, und die *historica* gehandelt, alles der lautern *Wahrheit* zu *Steuer* gestellt durch die *drey Prediger*, so auff *Churfürstl. Befehlich* bey dem gerechtfertigten *D. Crellen* auffgewartet haben. *Insertum est hoc trium Ecclesiae ministrorum Examen Examinis Pieriani, Operibus Germanicis D. Nicolai, eorumque Tomo IV. p. 422. sqq.* Præterea ex parte adversa contra *concionem funebrem*, in *Crellium* habitam, prodiit scriptum. aceto perfusum acerbo, sub tit.: *Antwort und Gegen-Bericht auff die Leichpredigt D. Crellens*, durch dessen *Freunde*, und andere der *Wahrheit Liebhaber* publicirt, *ann. 1605. 8vo.* At nervos ejus, quantum ad suam personam, incidere suscepit *D. Polycarpus Lyserus, Senior*, *Electoris olim Saxoniae Concionator Aulicus primarius*, in *Tract. ann. 1605. 8va forma excuso*, sub rubro: *Rettung der Ehren und Unschuld D. Polycarpi Lyfers, Churfürstl. Sächsischen Hoff-Predigers*, welchen die *vermummten*, *verkappten*, und *unbenannte*, als *D. Crellen Freunde*, der *Auffruhr*, *turbata pacis publicae*, und anderer *Unfug*, jedoch (*Gottlob*) mit *gespahrter Wahrheit* und *höchster Ungebühr*, *beschuldiget* haben. *Integer hic Tractatus legere est in B. Wilb. Ernesti Tentzelii Curieusen Bibliothec, An. 1705. p. m. 683. sqq.* In-

primis

primis autem *B. Phil. Nicolai* confecit die kurze Abfertigung des Laster-Buchs von einem Licht-scheüenden *Injurianten*, unter dem Nahmen *Crellianischer* Freüden, wider die *Dresdische* Leichpredigt in offenem Druck ausgesprenget, quæ confutatio subjecta est libro ante memorato: *Sieg und Freüden-Tritt der Wahrheit*, & habetur in *Opp. Germ. Tom. V. p. 884. sqq.*, ut taceam, easdem amicorum *Crellianorum* chartas, publico Imperatoris *Rudolphi II. Edicto*, apud *D. Nicolai* in der Abfertigung des Laster-Buchs, sub fin. *Tr. Sieg und Freüden-Tritt*, *Opp. p. 888. sqq.*, proscriptas, suppressas, ac, quod ajunt, fisco adjudicatas esse. Conf. supra §. II. Neque plane silentio prætermittendæ sunt *Job. Linsneri* duæ *Epistolæ ad D. Polycarp. Lyserum*, extantes in *B. D. Polycarp. Lyseri*, *Ecclesiarum per Ducatum Calenbergensem Superintendentis olim Generalis*, haud pridem defuncti, *Officio pietatis*, quod *Polycarpo Lysero, Seniori*, debuit, ejusque *Appendice*, quandoquidem prædictus *Linsnerus* in illis de vehementissima tortura, *Crellii* jussu ipsi illata, fufe egit. Huc quoque pertinent ex *M. Nic. Blumii decem Epistolis ad Polycarp. Lyserum* exaratis, & communicatis in eadem *Appendice Officii pietatis, Quarta præsertim & Quinta*, quippe in quibus de captivitate *Crellii*, deque rebus ibidem cum eo gestis, quædam legere sunt. conf. *B. Tentzelii Curieuse Bibliothec An. 1706 p. 651. sq.* De cætero prostat etiam *Job. Frimelii Witteberga a Calvinismo divexata & liberata*, *Wittebergæ edita Germanice, ann. 1646. 4to*, allegante *Joh. Burch. Majo in Addition. ad Bæcleri de rebus Secul. XVI. Commentarium*, p. 687. His omnibus addi meretur Celebratissimus Theologus *Gothanus, DD. Ernest. Sal. Cyprianus*, in den ferneren Proben von *Arnolds* Partheiligkeit, vornehmlich die Geschichte derer *Quäcker, Brownisten, D. Krellens*, und *Jac. Böhms* betreffende, *S. XI. sqq. p. 11. sqq. ed. an. 1702. 4.*

§. III. Hunc jam *Nicolaum Crellium* *Dresdæ* capite plexum esse, nemo nescit. Sed *varie*, quantum ad hanc supplicii capitalis historiam, variorum dantur aberrationes. Ex iis eam in fronte collocabimus, quæ, quoad *TEMPUS CAPTIVITATIS*, committitur, Nempe *B. Christianus Matthiæ in Teatro Hi-*

storico, p. m. 1125, ad quatuordecim annorum spatium extendit ejus in carcere detentionem, hisce usus verbis: *Nic. Crellius, J. U. D., intimus quondam Electoris Saxonie Consiliarius, sed anno Christi 1607. Dresde, postquam NB. totis quatuordecim annis captivus fuisset, decollatus, de causis (ut plerique affirmant) politicis, tanquam perturbator pacis publicae & patriae hostis, & criminis reus lese majestatis, sententiam pronunciantibus Consiliariis Caesareae majestatis, ad eam rem delectis.* Verum enim vero non quatuordecim, sed decem tantum annorum longitudine captivitatem Crellii fuisse circumscriptam, vel ex solo *M. Nic. Blumii Sermone funebri*, sub tit. : *Leichpredigt über den custodierten D. Nic. Krell. p. m. 24.* satis liquet. Ibi enim memoriae proditur, deputatos Ecclesiae Ministros *Crellio*, de multorum annorum custodia querenti, regessisse: *Wir verordnete lassen uns bedüncken, daß ihr nicht allein das NB. zehenzährige Gefängniß = = =, sondern auch den ewigen Todt = = = gar woll verdienet habet.* Ecce! expresse hic *decennii* tantum mentio sit. Rem quoque ita se habere, facile comprobatur ex collatione primae captivitatis cum ultimo, quod de eo sumptum est, supplicio. Nimirum anno 1591, statim post Electoris *Christiani I.* obitum, die 23. Octobris, pridie, quam exequiae Electorales celebrarentur, in custodiam datus, & an. 1601, d. 9. Octobris, capite plexus est. Quilibet ergo facile animadvertit, captivitatem ipsius non ad quatuordecim, sed decem duntaxat annorum spatium se exporrexisse. conf. *Ziegleri Schau-Platz der Zeit*, p. 1149.

§. IV. Subnectere collibet aliam aberrationem, quoad **ANNI DETERMINATIONEM.** Nempe *Jo. Jac. Hofmannus*, Reformatus, Linguae Graecae in Academia Basileensi olim Professor, in *Lexico Universali Tom. I. voc. Crellius*, p. 497. a. adducit annum *millesimum, quingentesimum, nonagesimum secundum*, scribens: *Nic. Crellius, Christiani Saxonie Elect. Cancellarius, post decennii carcerem, dato ei criminis, quod Calvinismum, ut vocant, in Saxoniam introducere voluerit, capite plexus est, NB. An. C. 1592.,* cujus vestigia omnino lecta fuerant in dem *Gelehrten-Lexico col. 546. ed. vet.* Sed *M. Jeremias Simon* in der *Eilenburgischen Chronica Part. II. S. 34. p. 362.* memorat annum, *Seculi superioris, secundum*, hisce verbis: *Als er (Christianus II.) das 18. Jahr erreichet, ist er würcklich ins Regio*

Regiment getreten den 23. Septembr. 1601. den 11. Septembr. folgenden Jahrs (1602), hielt er Beylager mit Frl. Hedewig, Königs Friderici II. in Dennemarck, Tochter, ließ auch NB. in diesem Jahr (sc. 1602) den 19. Octobr., den gewesenen Cantzler Crellen, auff zuvor ergangenes Käyserl. Urtheil, als einen Friedens-Störer, mit dem Schwerdte hinrichten. Eundem calculum ducunt Georg. Lohmeyer in der Historischen und Genealogischen Erläuterung der Chur- und Fürstl. Häuser, de anno 1691. n. 19, & Christian. Iferstadius de Nicolais nomine & re insignibus, Porro Christ. Matthie in Teatro Historico p. m. 1125. nominat annum 1607, uti manifeste patet ex verbis ejus §. 3. jam allegatis. Adhuc longius progreditur D. Joach. Langius, Theologus Halensis, punitionem Crellii referens in an. 1610. Ita namque fatur in Historia Ecclesiastica Sec. XVI. p. 892: Omnium durissima fata expertus est reliquorum (Crypto Calvinianorum) Patronus, D. Crellius, Cancellarius Electoris Saxonie, utpote post diuturna vincula demum anno 1610. Dresda capite plexus, contra injustam supplicii sententiam frustra protestatus. Consentit, quoad annum, Uhsenius in der Kirchen-Historie des 16. und 17. Jahrhunderts p. m. 263. Verum enim vero, ut alias allegatorum Auctorum, circa Crellii supplicium allucinationes, tantisper seponamus, dum earum examen data opera erit suscipiendum, hac vice duntaxat demonstratum dabimus, eos omnes, quoad anni determinationem, valde à janua aberrasse. Sole id clarius elucescit inde, quia anno, supra millesimum & sexagesimum, primo, Crellium decollatum esse, ipsum Concionis funebris, in eum habitæ, frontispicium luculenter edisserit. Ita namque titulus habet: Leich-Predigt über den custodierten D. Nicolaum Krell, welcher den 9. Octobris, wegen seiner Verbrechen, auf der Römischen Käyserl. Majestät Endurtheil, öffentlich zu Dresden enthauptet worden NB. Anno Christi MDCL, geschehen in der Kirchen unser lieben Frauen, den folgenden Tag hernach, durch Nic. Blumium, Pfarrer zu Dohna. &c.

§. V. Sed & quandam, quoad DIEM SUPPLICII CRELLIANII, aberrationem, prædictus committit Simon in der Eilenburgischen Chronica, l. c. Rejicit is videlicet tragœdiæ hujus finem

finem in diem 19. *Octobris*. Ast audivimus §. III. ex ipso con-
cionis funebris rubro, die jam *nono Octobris Crellium* carnificis
ictu periisse.

§. VI. Sed hæ hæctenus adductæ aberrationes levioris
sunt commatis, ac cæteris paribus facile condonandæ, saltem
non magnopere exagitandæ. Pollicem enim haud premimus
illis, qui mendam quandam litterariam forte deprehendentes
ac indicantes, spiritus sibi altos sumunt, cristas erigunt, super-
biuntque, non secus, acsi Romanos prope Cannas coniecissent
in fugam, aut pro patria reddidissent vitam, saltem de tota re-
publica litteraria immortaliter meriti essent. Pedem potius
ad alias majoris momenti aberrationes, ex malitia, partium
studio, ac pruritu, Ecclesiam nostram, ejusque genuinos Do-
ctores denigrandi, profectas, monstraturi, non solum circa
quasdam pœnæ Crellianæ circumstantias, sed & circa ipsum
rei caput, gravissime delinqui.

§. VII. Inprimis autem quoad *CAUSAM*, ob quam
Nicolaus Crellius vitâ privatus est, varia dantur aberrationes. Multi
nimirum causantur, eundem *RELIGIONIS CAUSA* capite ple-
xum esse. Quis enim nescit, laudatissimum Principem, *FRI-
DERICUM WILHELMUM*, Altenburgico-Saxonicum, Ele-
ctoratus, post *Christiani I*, Electoris, ex hac mortalitate de-
cessum, Administratorem dextrimum, (*) per malevola
traduci ora, acsi cum *Cæsare & Pontificiis adversus Calvinii Sectato-
res*

(*) *Duos Electoratus Administratores* inde à morte Electoris *Christiani I*,
constitutos esse, nempe *Fridericum Wilhelmum*, Ducem Saxonicum,
& *Johannem Georgium*, Electorem Brandenburgicum, asserit *M.
Jer. Simon* in der *Eilenburgischen Chronica Part. II. §. 34. p. 362.* hisce
verbis: *Churfürst Christianus II. war Christiani I. ältester Sohn, ge-
bohren zu Dresden den 23. Septembris an. 1583. Und weil sein Herr
Vater allzu zeitig mit Tode abging, da er nur 8. Jahr alt war, musste so
woll die Chur: als Landes-Fürstliche Regierung durch die obgedachten
Herrn Vormünder, (nimirum, *Fridericum Wilhelmum*, Ducem Sa-
xonix, & *Johannem Georgium*, Electorem Brandenburgicum, quos
antea nominarat *Simon §. 33. p. 362.*) zehn Jahr lang NB. administri-
ret*

tores conspirasset. Vid. *Andr. Caroli Memorabilia Ecclesiastica Seculi XVII.* Tom. I. p. m. 32. Sic quoque, vix finito Actu judiciali Dresdensi, Adversarii temerarii omnia impleverunt rumore, Crellium religionis Calvinianæ causa decollatum esse, & hinc Ministri Reformati in Batavia, Magistratum supremum implorare, & calcaribus velut exstimulare ausi sunt, ut par pari referret, & Mystas Evangelicos (quos *Ubiquistarum* nomine, ob dogma, de communicatione *omnipresentie divinae*, humanitati facta, infamarunt) ex finibus suis exterminaret, ac è pomæriis regionis ocysissime proscri-

ret werden. Enim vero humani aliquid hic passus est *Simon*, quia non nisi unicus *Fridericus Wilhelmus*, Saxonicus, durante pubertate Christiani II., Electoratus hæredis, ad clavum reipublicæ sedit, atque administrationi, ab ipso Christiano I. morituro constitutus, præfuit. Confundit nempe *Simon* administrationem regionis, cum tutela. *ILLA* soli commissa est *Friderico Wilhelmo*, *HÆC* autem, præter ipsum, etiam *Job. Georgio*, Electori Brandenburgico. Audiamus *B. Zieglerum* im *Schau-Platz der Zeit*, p. m. 699: Er (Christianus) hatte kaum das achte Jahr überschritten, so verlor er seinen Herrn Vater An. 1591. durch den zeitlichen Todt, und wie er nebst seinen Herrn Brüdern, *Joh. Georgen*, und *Augusten*, der Regierung noch unfähig war, also hatte dessen verstorbenen Herr Vater auch vor seinem Ende Herzog *Friderich Wilhelmen*, von Sachsen Altenburg, deme es ohne dis, vermöge der güldenen Bulle, von Rechtswegen zustund, NB. die Administration, und Vormundschaft auffgetragen, Chur: Fürst *Job. Georgen* aber zu Brandenburg zum Ober- und Mit-Vormünder verordnet. Idem disertè testantur *Ministri Evangelici*, in *Examine Examinis Pieriani*, *Opp. Nicolai* p. 480. h. m.: Nach dem tödtlichen Abgang des Durchlauchtigsten und Hochgebohrnen Fürsten und Herren, Herrn Christiani des I. &c., sind der Churfürst zu Brandenburg, *Job. Georg*, &c., und *Fridrich Wilhelm*, Herzog zu Sachsen, unser damahls jungen Herrschafft Vormünder worden, und NB. Herzog *Fridrich Wilhelm* die Administration verwaltet. Hinc non nisi prælaudatus *Fridericus Wilhelmus* ab Imperatore, *Rudolpho II.* in publico, contra famosum Libellum, sub tit: Antwort und Gegen-Bericht, auf *Crellens* Leich-Predigt, *Edicto*, apud *B. Nicolai* in der Abfertigung des Laster-Buchs, sub fin. Tract. Sieg und Freuden-Tritt der Wahrheit, *Opp. Germ.* Tom. II. p. 889, nomine *Administratoris* insignitur, additurque, ab hoc Acta in causa *Crellii*, ad iudicium Cæsareum transmissa esse,

proscriberet, testante *B. Nicolai in Examine Examini Pieriani* p. 590. ed. in 8, *Opp. Tom. IV. p. 376*. Ex Reformatis, *Hofmannus crimen Crellio datum esse, quod Calvinismum in Saxoniam introducere voluerit, prætexit, juxta §. III.* Ex degeneribus nostræ Ecclesiæ filiis, *Godofr. Arnoldus in der Kirchen- und Reher-Historie, Part. IV. Sect. II. Num. 63. §. 7. p. 462.* idem cum *Hofmanno* inflat cornu, scribens: Der erfolgte blutige Ausgang dieser Tragœdie zeigt zur gnüge, daß vorstehende und andere remonstrations nichts geholfen, und also NB, die Historie des Crypto Calvinianismi mit diesem Actu (sc. Supplicii Crelliani) beschlossen worden. Verum enim vero negamus & pernegamus, *Crellium religionis causa ultimo affectum esse supplicio.* Nimirum locutio hæc, quod *religionis causa capite plexus sit, vel hunc habet sensum, quod, ob religionis Reformatæ professionem atque amplexum, gladii poenam senserit; VEL etiam hunc, quod ob religionis Reformatæ, violento modo tentatam introductionem, internecioni datus sit.* PRIORI SENSU omnium falsissimum est, *Crellium religionis causa capite plexum esse.* Quem enim fugit doctrina nostra, publice in Ecclesiæ nostræ ambitu resonans, Pontificiorum catervæ opposita, & huc rediens, hæreticos ob errores in fide, ac perversas hypotheses, licet gravissimas, & salutis maxime noxias, non esse occidendos, & è medio tollendos? Quis unquam vel fando audivit, hæreticum quendam, quatenus talem, sive Pontificiæ, sive Calvinianæ, sive Socinianæ, sive Anabaptisticæ, sive alii parti, mordicus adhæserit, apud nos ferro & flamma necatum esse? Pudeat *Romano-Catholicos* assertionis horridæ, pariter atque praxeos consuetudinisque inveteratæ, ac truculentæ, qua opinionum dissidentium convictos, imo tantum suspectos, squalidis includere carceribus, duris tractare modis, quin morti ipsi objicere assolent, uti prolixè legi potest in *Philippi Limborchii Historia inquisitionis Hispanicæ, & Anonymi l' Histoire de persecutions, excitées contre les Protestans dans toute l'Europe, traduite de l' Anglois & augmentée par Jean Bion, Ministre de l' Eglise Anglicane.* Sane sævitia istiusmodi inde à primis nascentis Ecclesiæ Christianæ cunabulis, nota extitit *Persecutorum indomitorum, nunquam Confessorum ac Amatorum*

torum Christi indefefforum , adeoque , quo Spiritu agatur curia papalis , fatis superque eloquitur , (*) id quod adeo verum est , ut Anonymus Romano-Catholicus (qui est *Georgius Christophorus Ferdinandus de Raschwitz*) in Libro germanico : *Abriß der wahren , und ganzen Catholischen Kirchen Cap. VII. p. m. 847* , hanc sanguinis fitim ipsis fidei suæ sociis exprobet , vertatque vitio . Postquam enim varia tyrannidis pontificiæ exempla attulerat in medium , mox in hæc erumpit verba asterismo dignissima : Man gestehet gerne (fatetur tamen id non Papa , non Clerus Papalis , sed unus duntaxat alterque veritatis confessor) daß dieses alles , und zwar zum höchsten Nachtheile , und zur unaussprechlichen Schande unserer Kirchen geschehen sey . Memorari quoque meretur exemplum *Job. Petri von Hæckenthal* , tam immani Pontificiorum crudelitate commoti , ut desertis eorum sacris , cœtui Evangelicorum se associarit , referentibus *Aut. der Unschuld. Nachr. an. 1715. p. 63. sq.* Verba pro se faciant *Calvino- Reformati* , an recte & mansuetudini Christianæ congruenter egerint convenienterque , aliquot , in articulis religionis dissidentes , capitis pœna afficiendo ? An recte *Michael Servetus* , SS. Trinitatis hostis , Genevæ an. 1553. , instinctu *Calvini* , vivus sit combustus . Sane Autores *Diarii* , cui tit. *Journal des Savans An. 1722. mens. Jan.* , recensentes *D. Christoph. Ludov. Schwartzenaus* , Professoris Giessensis , *Enchiridion Socinianismi* , mirantur , Autorem hunc Senatus ac Ecclesiæ Genevensis sententiam , contra *Servetum* latam , ac executioni datam , comprobare & defendere , cum hac ratione Protestantes rigorem Pontificiorum erga hæreticos non possint jure damnare ac improbare , quorum tamen ratiocinatio an firmo

C

stet

(*) Argute *Lansius* in *Consultatione contra Hispaniam* scribit : *Inquisitio (Hispanica) ut primum comperit aliquem in quodam fidei capite à Romana Ecclesia dissentire , confestim opponit ei syllogismum , ex igne , aqua , & laqueo confectum , qui fortius , quam qui PRIMÆ FIGURÆ dicuntur , concludat , atque ubi Mors necessario ingrediatur conclusionem . Vid. Ej. Consultationem de Principatu inter Provincias Europæ p. 400. sq. ed. Tub. Ann. 1635.*

stet talo, in præsentî discutere, & ad vivum refecare non vacat. Conf. B. JOH. FECHTIUM, Theologum olim nostratema immortalium meritorum, in *Apparatu ad Epistolas Marbachianas* p. 256, B. Seckendorffium in *Additionibus des Christen-Staats* p. m. 240. sq., *Collectores der Deutschen Actorum Eruditorum Part. 62. p. m. 143*, Celeberr. Polyhistorum Lubecensem, DN. Lic. Job. Henr. à Seelen, Fautorem ac Amicum nostrum æstumatissimum, in *Selectis Litterariis, Specim. II. p. m. 52. sqq.* edit. nov. an. 1726. 8. &c. Item: An recte *Valentinus Gentilis*, Antitrinitarius, Bernæ an. 1565, capite truncatus sit? Conf. *Luc. Osiandri Epitomen Hist. Ecclesiastica, Centur. XVI. Lib. 3. cap. 62. p. m. 801*, & DN. Jöcheri *Gelehrten Lexicon Part. I. col. m. 1067*. It. An recte *Job. Sylvanus*, Socinianus, Heidelbergæ, an. 1572, ex consilio Theologorum Reformatorum, decollatus sit? Conf. DD. *Burch. Gotthelf. Struvii Ausführlichen Bericht von der Pfälzischen Kirchen-Historie Cap. V. S. 55. sqq. p. m. 255. sqq. 229*, *Christ. Eberh. Weismanni Introduct. in Histor. S. Nov. Test. Sec. XVII. Tom. II. p. m. 793*. & DN. *Jöcheri Gel. Lex. Part. II. col. 1196*. Videant porro *sevi Tigurini*, quibus coloribus suam sanguinolentiam illinire, & quadantenus excusabilem reddere velint, quando in *Miscellaneis Tigurinis Part. II. in der 5ten Ausgabe p. 660*, varios nostratium Theologorum, & in specie *Edzardum, Neumeisterum, & Cyprianum*, Viros de genuina orthodoxia, & conservanda puritate doctrinæ duntaxat sollicitos, propter theologicum zelum erga præposterum unionis (quæ *absorptiva* jure audit) negotium, capitali dignos pronunciant supplicio. Profecto quilibet, cui sanum adhuc est finciput, non potest non tam diabolicam temeritatem cane pejus atque angve odisse ac detestari, quapropter quoque Judices illos illos bene depexos reddidit *Anonymus* im augenscheinlichen Beweis, aus den *Miscellaneis Tigurinis*, daß die *Calvinische Unionisten* mit eben dem Mord-Geist besessen seyn, welcher die *Jesuiten*, und *Papisten* in Sachsen reitet, ann. 1726. 4, ubi etiam p. 10 plura specimina sanguinariæ Calvinianorum indolis allegantur. Nostra Ecclesia per DEI gratiam aliena est ab aviditate hæreticos interficiendi, pura à cædibus ac occisionibus deviorum à veritate, semper recordata illius
Christi

Christi Matth. XIII. 30: *Sinite zizania crescere, usque ad messem.* Quæ enim in *Bibliotheca Bremensi Class. I. p. m. 741.* nobis describitur, ea plane injusta est, & per calumniam afficta, quandoquidem *Petrus Guntberus* Lubecæ an. 1687, non ob *negationem Deitatis Christi*, uti impudenter in *Bibliotheca* illa dicitur, sed ob *nefandam nominis divini blasphemiam*, vi *Responsorum Academicorum, ibidem nominatorum*, capitis supplicium sustinuit. Hinc *Anonymus in Epistola ad Bigam Theologorum Bremensium*, apud *Krausium* in *den neuen Zeitungen von gelehrten Sachen An. 1719. p. 623*, crimen impactum feliciter profligavit, ac depulit. His itaque omnibus æqua *judicii lance* expensis, *inconcussum* manet, manebitque in æternum, *Crellium* propterea *carnificis potestati* non esse traditum, quia *religionem reformatam* amplexus fuit, saltem in corde fovit. Placet hic allegare egregium *B. Philippi Nicolai Discursum in Examine Examini Pieriani p. 590. ed. in 8. Opp. Tom. IV. p. 376:* Es ist kund und offenbahr, daß man niemahl auf unserer Seiten *Servetianer* mit Feuer verbrannt, *Sylvanos* mit dem Schwerdt hingerichtet, oder *Papisten, Calvinisten, Wieder-Täufer* &c. ihrer Religion halben zum Tode verurtheilet, und blutdürstiglich verfolget habe. Wir wissens, Gott Lob! und lernens aus seinem Wort, welches Geistes Kinder wir sind, und wie man *Notten, Secten, falsche Lehr* und *Zerthum*, nicht mit *Türkischen Säbeln, Spanischer Inquisition*, äußerlichem Schwerdt, Feuer und Wasser, sondern mit dem zweyschneidigen Schwerdt des Geistes, das ist, mit dem durchdringenden, starcken und unüberwindlichen Worte Gottes angreifen, und wiederlegen soll. Den Proceß hält man annoch an allen *Evangelischen Oertern*. Warum aber über *D. Crellen* ein *Blut-Urtheil* von hoher *Obrigkeit* ergangen, und daß er nicht seiner Religion, sondern anderer *Verbrechung* halben an dem Leben gestrafft sey worden, ist aus den *Actis* gnugsam zu vernehmen. *Quid multis? Cum Crellius, mox ad locum supplicii ducendus, objiceret, se nunquam audivisse, quod aliquis ob aberrationem in rebus religionis capite plexus sit, è vestigio Ministros Evangelicos, animæ ipsius salutem curaturos, accepimus regerentes, eum minime religionis, sed aliorum criminum*

causa capitis condemnatum esse, verba quippe eorum hæc sunt: Freylich tödtet man derhalben niemand. Ihr Chur-Fürstl. Gnaden sind nicht gesinnet, euch derhalben mit dem Schwerdt zu straffen, es meldet auch solches das Urtheil nicht, sondern es stecken viel andere Sachen dahinder, die wider euch ausgeführet, uti relatum legitur in sæpe citata *Concione funebri p. m. 127.*

§. VIII. Forsan igitur *Crellius* RELIGIONIS CAUSA orbatus est vita, POSTERIORI SENSU, supra §. VII. infinuato, quatenus nimirum *religionem Reformatam violento modo in terras Saxonicas introducere tentavit, nullumque non movit lapidem?* Verum enim vero nec id amœnæ consonat veritati. Equidem τὰν ἀμφοῖν, quod ajunt, largimur, JUSTE EUNDEM PROPTEREA CAPITE PLECTI POTUISSE. Quis enim nescit *perverfitatem* illius versutam in *circumveniendo*, & in partes suas trahendo, optimo Electore, *Christiano I.*, quæ sola capitalem meruisset animadversionem. Simulac nimirum *Crellio* inconsiderata inceserat cupido, religionem Reformatam violento introducendi modo, tam diu Electori clementissimo, gratia ejus abusus, repetito sæpius accessu, svasionibus, technis, artificiis, fuit molestus, donec tandem bonus Princeps, vel invitus, desideriiis Cancellarii sui annueret, siquidem & hanc methodum, quoad alia quoque negotia *callide* observare sivevit, & sic mœrorem interdum ac sollicitudinem haud postremam Domino suo excitavit, forsan etiam ad mortem ejus præmaturam haud parum contribuit. Profecto ipse *Christianus I.*, Calvinianæ non favit doctrinæ, adeoque de ea introducenda nunquam cogitavit. Cum sub initium regiminis *Catechismus Reformatus* in Gynæceum Electorale perlatus esset, eundem, inde ablatum, propriis manibus vulcano consecravit. Sic quoque aliquando Concionatorem tunc suum aulicum supremum, *D. Mart. Miram*, ad se accersi curavit, atque inter alios, quos cum ipso miscuit, sermones, erupisse dicitur: Herr Doctor, ich bin kein Calvinist, und ich will mein lebtag keiner werden, und der Teuffel hole alle Calvinisten. Vid. trium Ministrorum Evangelicorum *Examen Examinis Pieriani*, apud *B. Philip. Nicolai*

Nicolai Opp. Germ. Tom. IV. p. 460. Quod item morti vicinus noluerit ad Crypto-Calvinianorum discursus ubique attendere, sed sapenumero faciem, ac si somnum caperet, ab iis averterit, memoriae prodidit *Laurentius Faustus in Historia Vita Christiani I.*, excitante *Nicolai* in dem Sieg und Freuden = Tritt der Wahrheit, *Opp. Tom. IV. p. 511.* Quod deniq; in ferali decumbens lecto, eruperit: O Martin Luther! du bleibest noch wol ein reiner Theologus, der trösten kan, narrat *M. Christ. Gerber* in den unerkannten Wohlthaten Gottes in dem Chur = Fürstenthum Sachsen, *Sect. I. Cap. II. §. 8. pag. 438.* At vero circumseptus fuit prædictus *Electo* virorum malorum caterva, ad religionis Reformatæ introductionem omnes intendente nervos. Hinc *B. Polycarpus Lyserus in Concione quadam funebri*, apud *B. Tentzelium* in der curieusen Bibliothec an. 1705. p. 677. scribit: Nach diesem (Augusto) ist kommen Christianus I, ein Fürst eines heroischen Gemüths, welcher gewiß des Vorhabens gewesen ist, daß Er Gottes Ehre, und dieser Lande Frommen, nach allen seinem Vermögen, fortsetzen, und hoch erheben wolle. Aber mit losen schädlichen Leuten ist dieser theure Fürst umgeben gewesen, die es alles auf einen viel andern Weg zu richten sich unterstanden haben, denn Er. Chur = Fürstl. Gnaden Intention gewesen. Darum ich von diesem Herrn nicht reden kan, daß ich nicht auf die Calvinische Kotte (von welchen der Bube *Pierius* noch lebet) von Herzen ungeduldig würde, dieweil sie dieses Herrn Nahmen schändlich mißbraucht, und Er. Chur = Fürstl. Gnaden ums Leben gebracht haben. Solte der fromme Gott Er. Chur = Fürstl. Gnaden Leben erlangert, und die Augen (wie bereit ein Anfang dazu gemacht gewesen,) eröffnen haben, es solte der ganzen Kotte, aus gerechtem Urtheil Gottes, viel übler gewartet seyn worden, denn dem Crellen geschehen. In hac caterva caput extulit *Nic. Crellius*, quippe qui Dominum suum calliditate pessima circumvenire, ac ad varias in religione mutationes permovere laboravit, & hinc tædium ipsi non unum creavit. Audiamus *Joh. Sebast. Mullerum*, Secretarium Vinariensem intimum, in den *Annalibus* des Chur = und Fürstlichen Hauses Sachsen, *Ernestin- und Albertinischer Li-*

nien von an. 1400. bis 1700. p. 205 : An dessen (Christiani I.) frühzeitigen tödtlichen Hintritt ist obgedachter sein Cankler, D. Krell, nicht wenig Ursach gewesen, als welcher den Chur-Fürsten, wegen heimlicher Aenderung der Religion, und ohne Scheu öffentlich abgeschafftten, ihm sehr verhaßt gewesenem, Exorcismi, mit denen Expeditionen, (als welche einzig und alleine durch seine Hände gingen, und denen andern Rätthen davon nichts wissen lassen wolte) dergestalt überlauffen, daß er auch einst mit einer nicht geringer Anzahl Befehllichen, nebst Feder und Dinte, dem Chur-Fürsten bis in die Schloß-Kirche nachgefolget, und Ihn genöthiget die Sachen zu unterschreiben. Und weil der Cankler einen Schlüssel zu der Chur-Fürstin Gemach hatte, daß er allezeit, wenn er wolte, zu ihm kommen konte, hat derselbe den Chur-Fürsten vielmahl vor- und nach der Taffel mit vielen Unterschreiben beunruhiget, daß auch der Chur-Fürst einsten, als er gehöret, Cankler Krell würde kommen, gesaget: Ja, ja, ich werde eine gute Mahlzeit halten, mein Cankler will kommen. Worüber auch der Chur-Fürst öfters geklaget, daß Ihm von diesem Manne gar keine Ruhe gelassen würde. Et licet Pierius in *Examine* p. 257. perfrieta fronte negare audeat, artificii Crellianis & complicum detestandis, mæsticiam ac ægritudinem animi ingentem, vel plane mortem ipsam in Electorem derivatam esse; Attamen id ipsum à triga Ministrorum Evangelicorum in *Examine Examinis*, *Opp. Nicolai Tom. IV. p. 482* comprobatur, sequentem in modum: Etliche Tage zuvor, ehe Chur-Fürst, Christian, gestorben, so ist ihr Chur-Fürstl. Gnaden Diener, mit Nahmen Peter Kluncke, sonst klein Peterlein genannt, unter der Mahlzeit zu dem Churfürsten vor die Taffel in der Wochen-Stuben kommen, da ist auch darbey gewesen die Chur-Fürstin, und zweene von Adel, deren einer mit Todt verblichen, der ander noch beym Leben, dabey gesessen, und dem Herrn etwas heimlich in ein Ohr gesagt, darauff der Chur-Fürst eine Weile stille geschwiegen, und den von Adel, so noch am Leben, angesehen, und nachmahls gesaget: Ich werde eine fröliche Mahlzeit halten, mein Cankler
ist

ist draussen, darauff aufgestanden, und im Schlaff-Beltz hinaus gegangen. Als er wieder hinein kommen, und sich gesetzt, hat er die Stirne gestrichen, und nachmahls gesagt: Ich werde heute wiederum wohl schlaffen, mein Cantzler ist bey mir gewesen. So hat auch D. Crell einen sonderlichen Schlüssel gehabt, daß er zum Churfürsten gekont, wenn er gewolt, und wenn sich der Churfürst hat zu Tische setzen wollen, so hat D. Crell allezeit einen grossen Karnier voller Briefe gebracht, und den Churfürsten darüber sehr unlustig gemacht, und also darauf im Zorn und Grimm gessen und getruncken, daß also gewiß, daß D. Crell Uhrsacher zu des Churfürsten Tode. Sane veritas horum eo minus vocanda in dubium, quo certius est, *Pierium* ad totum hoc Examen Examinis obmutuisse. Subnectamus adhuc verba M. *Christiani Gerberi* in den unerkannten Wohlthaten Gottes in dem Churfürstenthum Sachsen *Part. I. Sect. II. Cap. I. S. 8. p. 439*: Die schärffsten Edicte in Religions-Sachen kamen heraus, da Er (*Christianus I.*) am fränckesten danieder lag, und ausser dem Stande war, sich der Regierungs-Sachen anzunehmen, daraus man schliessen kan, wie der Cantzler Crell mit dem frommen Churfürsten umgegangen, der auch noch bey gesunden Tagen dem Churfürsten oft in die Schloß-Kirche nachgelauffen, und Ihn genöthiget, eine Parthie Edicte und Patente unbesehens zu unterschreiben. *Judicet jam æquus rerum arbiter, annon tam pudenda Crellii audicia, qua ne quidem Electori, lethaliter decumbenti, quietem concessit, sed repetitis, iisque tædiofis, incursionibus incommodavit, digna fuisset severissima pæna. At vero accedunt & alia Crelliana nequitia ac malitia documenta, quibus is & in religionem nostram injurius, & in Electorem suum extitit perfidus, quorum tamen unum duntaxat alterumque in medium attulisse sufficiet. Sic e. gr. falso Crellius cum complicibus persvaserat Electori, acsi omnes fere ditionis Saxonicae Parochi, paucissimis exceptis, abrogationem Exorcismi, qui dicitur, anhelassent, atque efflagitassent. Cum autem, prælaudato Electore iter per Pirnam faciente, Pastores ad circulum Pirnensem pertinentes, commoda hac*
 occa-

occasione usi, litteras eidem supplices, demississime insinuarent, humillime petentes, ut ceremonia exorcismi maneret illibata, fraudem animadvertens Elector, Cancellario has litteras supplices porrexit, additis verbis: *Tu mihi sancte asseverasti, omnes Parochos abrogationem exorcismi expetiisse, sed modo illorum quinquaginta, ad mea advoluti genua, eandem propter DEUM, deprecati sunt.* Vid. *Blumii Reichpredigt p. m. 47, & trium Ministrorum Examen Examinis Pieriani Part. II., Opp. Nicol. Tom. IV. p. 476. a.* Tum *Crellius*, vehementissima exæstuanis ira, postero die, datis ad hos quinquaginta litteris, eosdem, tanquam seditiosos ac turbulentos, qui Electorem turbulento ac seditioso modo accesserint, objurgare ac increpare, dignosque proclamare non dubitavit, qui una cum uxoribus & liberis, regione expellerentur, prouti nefandum hocce factum ipse *Crellius* confessus est, teste *Blumio, cum Coadjutoribus*, in der *Reichpredigt p. m. 26. sq.* An itaque decebat *Crellium* tam pingui Dominum suum circumvenire mendacio, tantum, ut sacris Evangelicorum evaderet infestus? En novum adhuc specimen! Suppositæ sunt à *D. Johanne Majore*, Professore Wittenbergensi, innocuis Theologis ac Ecclesiæ Doctoribus, epistolæ, rebus refertæ pessimis, ac ita comparatis, ut, si ab iisdem profectæ fuissent, non potuissent non gravissima sibi met ipsis consciscere incommoda, quin præsentissimam mortem. Sic quoque idem *Major*, nomine *Pastoris* cujusdam, fictas ad Doctorem *Matthæi*, Professore Wittebergensem, scripsit litteras, cumque hic candidè mentem suam in *responsoriis* aperiret, illæ mox *Crellio* transmissæ sunt, resque eo rediit, ut *D. Matthæi* officio moveretur, motus, mærore conficeretur, confectus, diem obiret supremum. Veritatem factorum istiusmodi propria confessione *Crellius* confirmavit, uti legere est in *Concion. funebr. p. 37.* Adde *Examen Examinis Part. I, Opp. Nicolai Tom. IV. p. 458.* Licet autem is omnem ausuum tam temerariorum culpam conjecerit in memoratum *Majorem*, & ejus Socios, spuriiis ac fictitiis talibus litteris Electorem in genuinos piosque Doctores exacerbatum esse, questus; Attamen ipsum *Crellium* horum omnium,
à Ma-

à *Majore*, & similis fursuris homuncionibus, susceptorum, probe conscium fuisse, itidem ex propria ejus confessione elucescit, *loc. cit. p. 39.* Quis ergo non videt, ac vel manibus palpat, composito, ac data opera scenam istam à *Crellio*, ejusque Amicis, socias sibi invicem manus jungentibus, instructam esse & adornatam, hâc sola fini, ut commodus suppeteret prætextus, agrè faciendi sinceris Ecclesiæ nostræ Doctoribus & Ministris, munerum privatione, carceribus, exilio, ac aliis malis eos multandi, sicque lupos rapaces, istorum loco, substituendi, & in vineam Domini intromittendi. An talia facinora ullam admittunt excusationem? At succurrit *novum* adhuc *specimen.* Ausus etenim est *Crellius*, omnem ad Electorem præcludere aditum, sicque relationibus, querelis, petitionibus, consiliis, monitis cunctis, viam obstruere. Cum aliquando Elector à Concionatore tunc aulico supremo, *D. Martino Miro*, desideraret, ut *publicæ declarationis formulam*, qua optimus Princeps suum animum, à Reformata religione alienum, erat manifestaturus, conciperet, & prædictus *Mirus* gratiosissimo huic desiderio lubentissime annueret, accessus ad Electorem ipsi non fuit concessus, sed *Crellii*, aliorumque malevolorum, technis ac versutia, semper denegatus, uti memoriæ prodidere tres Ministri Evangelici in *Examine Examinis Part. II, Opp. Nicolai Tom. IV. p. 460.* Sic pariter *Senatus Freibergensis* litteræ supplices, Pastorum suorum ac civium gratia, exaratae, non sunt acceptatae, nedum in conspectum Electoris adductæ. Licet quoque Consul Hertzbergensis, vice plus simplici, *M. Engelberi*, Ecclesiastis Hertzbergensis, locutionem inconsideratam, *Lutherum* sua doctrina de vera & reali perceptione corporis & sanguinis Christi in cœna, *maximum Sacramenti Cœnae hostem egisse*, (er wäre der grösste Sacramentirer gewesen) ad aulam detulerit; Attamen nihil ea de re in notitiam Electoris pervenit, cum alias *Crellius* id minime fuisset in ultima custodia clam habiturus. Vid. *Ministorum Evangel. Examen l. c. p. 477.* Annon itaque tam pravis moliminibus *Crellius* enorme patravit scelus, arcendo a limine Electoris eos, quibus aditum potius parare debuif-

D

debuif-

debuisset? Taceo *cruenta ac sanguinaria proposita & consilia*, (*) quorum *Crellius* particeps procul dubio fuit, licet culpam in alios conjecerit, ut legitur in *Conc. funebr. p. 38.* Adde *trium Ministrorum Examen Examinis Pieriani, Opp. Nicolai Tom. IV. p. 439.* ubi *Salmuthi* refertur facinus, *Electorem* pro rostris ad cædem *Nobilium*, aliorumque *Subditorum*, nec non *D. Miri*, tunc captivi, tetre exhortantis. Taceo *injuriam & læsionem*, tot *Doctoribus & Ecclesiæ Ministris*, *Crellii* maxime truculentia, illatam. Quis enim nescit, *D. Mirum*, (**) *Concionatorem aulicum supremum*, in carcerem datum esse; (cui tamen postmodum, justo *DEI* judicio, ipsum *Crellium*, inclusum accepimus, scelere *Autorem* reperiente. Vid. *Conc. Funebr. p. 48. sq.*), *Grünerum*, *Hutterum*, *Silbermannum*, *Concionatores Wittebergenses*, & sexcentos alios, officio *privatos*, *Crellio Freibergæ* audacter erumpente, *migrare oportere eum*, qui in *abrogatione exorcismi* nollet consentire, uti est in modo citato *Examine Examinis, Opp.*

(*) Ita *D. Vincent. Schmuckius* in *Epist. ad Joach. Zebnerum*, apud *DNN. Autores der Unschuld. Nachrichten, ann. 1706. p. 370. sq.* *Produntur jam, ut audio, machinationes & consilia plane cruenta.* Nam & *gladii reperi dicuntur*, quos ad *lanienam & mactationem* non *Theologorum tantum nonnullorum*, sed & *Nobilium & Civium non paucorum*, paraverat *Cancellarius*, qui idem & *carnifici*, ut de *Servis*, *hujus rei peritis & robustis* sibi prospiceret, *injunxisse ante hos menses fertur.* Fore enim, ut *magnatum crassiora colla jubeatur amputare.* Tum *indices etiam proferuntur eorum*, quibus à *Crellio & ejus complicibus nigrum* & *dictum fuerat.* De *Schiltero*, *Dressero*, *Harbarto & Neldelio*, ut fertur, *res non est ambigua.* Quin *quintum eis Novembris diem constitutum fuisse*, quo, *quid mansueti scilicet Calviniani possent, experirentur*, certo affirmatur. *Conf. Ej. Epistolam*, apud *Aut. der Unsch. Nachr. an. 1712. p. 300.* At vero hæc omnia non nisi intra *rumoris incerti fines* subistere. Id saltem *verissimum est*, nullum *verbi divini Ministrum* tunc temporis, *religionis causa*, *vitzæ jacturam fecisse*, cum *ejus rei* inter *accusationis capita*, non fiat *mentio.* Vid. *Ant. Beckens Beschreibung und Vorstellung der Residence-Stadt Dresden, p. 315.*

(**) Quibus artibus *Crellius*, in principio suorum moliminum pessimorum, *D. Martinum Mirum* loco movere studuit, recenset *B. Polycarpus Lyserus*, *Sen. in der Rettung der Ehren und Unschuld*, apud *B. Tentzelium* in *der Curieusen Bibliothec, an. 1705. p. 686. sq.*

Opp. Nicolai p. 462. a.; M. Klugium carnificis custodia traditum (hat in die Bütteley gehen müssen), & postea regione ejectum, (id quod ipse prolixè enarrat in *trium Ministrorum Examine Examinis*, ejusq; sine, Opp. Nicolai Tom. IV. p. 488. in primis 498. sqq.); Job. Linsnerum, ob suspicionem libelli famosi, vehementissimæ torturæ expositum, (cujus crudelitatis veritas patet ex ipsa Crellii confessione, apud Blunium in *Concione funebri* p. 34, ac ipsius Linsneri relatione, in *duabus ad Lyserum Epistolis*, apud Polycarp. Lyserum, *Jun.*, in *Officii pietatis Appendice*; idem quoque satis comprobatur, ac in apuricum deducitur, contra Pierium quidem, in *Examine* fol. 237., à *triga Ministrorum Evangelicorum*, in *Examine Examinis Pieriani Part. I.*, Opp. Nicolai p. 438, & contra Arnoldum in *der Kirchen- und Reher-Historie Part. II. p. m. 389. b.*, à DD. Cypriano in *den ferneren Proben von Arnolds Partheiligkeit S. XIII. p. 18. sq.*) Taceo id generis alia. Artificia autem Crellii ac complicum, ad invehendum Religionem Reformatam adhibita, hisce verbis enarrat Matth. Dresserus in *Isagoge Historica, Millenarii VI. Part. II. p. 474 sq.* ed. Lips. An. 1601, 8.: *Tribus artificiis potissimum utebantur, Dissimulatione, insiciatione, & dissentientium amotione. Primum enim, quicquid agebant, non aperte, sed obscure, & dissimulanter agebant, aliud multo præ se ferentes, quam animo sentiebant, & factò declarabant. Deinde quod moliebantur, id si aliter accipi, quam ipsi volebant, animadvertenterent, vehementer negabant, nec abjurare etiam verebantur. Tum loco movebant omnes, quos suis conatibus obstare videbant. Cedebant igitur in ista tempestate senes juvenibus, usu periti imperitis, bene meritis his, qui mereri vix cœperant. Eruditi & sapientes soli habebantur & evehebantur, qui socios sese novorum consiliorum præberent. Accurate quoque cavebant illi, ne quis ad Principem admitteretur, qui non ex ipsorum ore loqueretur. De cœtero nemo miretur, nos ad comprobandum nequitia Crelliana specimina, tam ad *Concionem funebrem*, à Blunio habitam, quam ad *Blunii*, & *Collegarum suorum Examen Examinis Pieriani* confidenter provocasse, cum ista scripta partium studio non videantur absolvi posse, expresse hanc dicam *Concioni funebri* scribentibus *Amicis Crellii* in *dem Gegen Bericht* p. 23, apud Arnoldum *Kirchen- und Reher-Historie Part. II.**

p. m. 389, b. ; Nemo, inquam, id miretur, quandoquidem *Blumius* in *Concione funebri* p. 5. 6. se puram edicturum esse veritatem eorum, quæ ipsos inter & *Crellium* in custodia fuere acta, sancte ac sub commemoratione iudicii extremi, asseverat: Ita namque verba fluunt: Ich weiß und bins gewiß, daß ihr alle, so viel euer in grosser Anzahl versammelt sind, ein jeder von Herzen begehret zu wissen, was mit D. Crellen diese vier Tage über, sey traktirt und gehandelt worden. Eurem Begehren wil ich genug thun. Was sich verlauffen, wil Ich = = = in kurzen, so viel möglich, erzehlen, mit ungesparter Wahrheit, also und nicht anders, wie sichs an ihm selber in Wahrheit hält, und NB. am jüngsten Tage, neben meinen lieben Mitbrüdern, zu verantworten gedencke. Ich weiß, was uns drauff stehet: Einen falschen Zeugen hasset der HERR, für falschem Gezeugniß soll uns GOTT behüten. Gemina asseveratio legere est in ejusdem *Blumii ac Collegarum Examine Examinis*, *Opp. Nicolai Tom. IV. p. 427*: Wir können für GOTT im Himmel und den Menschen auff Erden, durch das Zeugniss unsers Gewissens bezeugen, daß alles, wie in der Reichpredigt gedacht, wir mit unsern Ohren gehört, könnten auch leyden, daß einem jeden unter uns, wenn ihn Gott der HERR durch den zeitlichen natürlichen Todt abforderte, ein Exemplar der Reichpredigt *D. Crellens* auf das Herz gebunden würde, so wolten wir sie aus dieser Welt mit in unser Ruhe-Bettlein, und Schlaf-Kammerlein nehmen, und aus der Erden am jüngsten Tage für den Richtstuhl Jesu Christi bringen, und damit mit allen Freuden, unerschrockenem Herzen, und unerblasseten Stirnen, erscheinen, daß n. NB. wir den alles wollen geschoben haben. *Nullam ergo cernimus causam, fidem relationi horum trium Ministrorum, quantum ad confessiones Crellii attinet, derogandi, mirati potius, neque Amicos Crellii, qui dicuntur, neque Arnoldum tam severæ asseverationis rationem habuisse. Quod autem*

autem

autem *Examen Examinis* concernit, causam ejus quam maxime juvat, quod *Pierius*, refutationem licet citissimam minatus, tacere maluerit, quam loqui, adeoque silentio suo infirmitatem exceptionum satis prodiderit, uti jam monuimus §. *IIIX. p. 23. Conf. Nicolai Sieg und Freuden-Tritt*, sub fin., *Opp. Germ. Tom. IV. p. 878. b.*

§. IX. Sole clarius ex haecenus allatis elucet causis, *Crollium ob violenter tentatam introductionem religionis Reformatae, in jus vocari, atque capitis supplicio affici potuisse*, quandoquidem ipse, turpi ambitionis aestro percitus, ad clavum reipublicae sedere potius affectavit, quam pati, ut Elector ad clavum sederet, regnare potius voluit, quam regimini subesse, ad nutum suum potius omnia componere studuit, quam permittere, ut ad nutum Electoris omnia componerentur, ubi tamen Electori, suis laudibus alias non frustrando, (*) nimia vitio verti debet timiditas, vi cujus, fraudes Cancellarii sui atque excessus subinde animadvertens, intra debitos eundem cancellos continere, aut officio egredientem, promerita subicere animadversioni ausus non fuit, similis in eo Regi Davidi, qui pariter à *Joabo*, Duce bellico, ita sibi timuit, ut ipse in eundem non auderet animad-

D 3

animad-

(*) Vehementissime in *B. Job. Chytraum* (de quo copiose ac erudite egit *Dn. Otto Fridericus Schützius*, in quatuor *de Vita Chytræi, Libris*) invenitur *Erichus Beringerus* in *Discursu de veri Historici Officio, erroribus scripturientium p. 68*, uti legere est in *nova Librorum variorum Confectione Fasc. II. p. 364. sq.*, & quidem eam ob causam, quod non prolixè in laudes Christiani I. Electoris Saxoniae, exspatiatur, sed nude scribat: *Christianus Dux Saxoniae Elector juvenis, firmo & robusto corporis habitu praeditus, cum trigessimum primum aetatis annum vix complevisset, in aegritudinem lethalem incidens, magno cum militum, in Galliam profectorum, dolore extinctus est. Existimat enim, Chytraum nostrum summas hujus Principis animi virtutes, & quod in his familiam ducit, NB. verae & orthodoxae religionis adserendae & propagandae studium indefessum, malitiose dissimulasse, & praeterea aspero verbo: extinctus est, usum esse, hoc exemplo probatum daturus, Chytraum laudes ejus, adversus quem praesudicio aliquo est occupatus, silentio*

animadvertere, sed Salomonis, Filii, justitiæ illum committeret *i. Reg. II. 5. 6. Conf. Dn. Gerbers Unerkandte Wohlthaten Gottes im Churfürstenthum Sachsen Sect. II. Cap. I. §. 8 p. 437.* Verum enim verò plane nullo modo *Crellius religionis causa*, adeoque nec eatenus, *quatenus peregrinam in Saxonicas terras religionem violenter introducere tentavit, capite plexus est*, quin potius **VARIA PERFIDIA, IN NEGOTIIS POLITICIS ADHIBITA, SUPPLICIUM IPSI ATTRAXIT CAPITALE.** Quem enim fugiunt varia *accusationum capita*, quæ nomine Nobilium ac totius provinciae, *Abrahamus Giesbachius*, constitutus Fiscalis & Accusator, ad iudicium supremum detulit. Equidem *Arnoldus in der Kirchen- und Reher-Historie Part. II. Lib. XVI. Cap. 32. §. 32. p. 389*, licet antea dixisset, *Crellium Crypto-Calvinianismi causa*, post Electoris mortem, captivum factum, mox tamen, eum *trium* potissimum *scelerum* infimulatum esse, subjungit, videlicet, quod
negotiis

silentio perpetuo obliterare. At vero absque causa atram in *Chytraum* bilem hoc in passu effundit *Beringerus*. Non enim *Panegyricum*, sed historiam, scribere intenderat *Chytraeus*, neque ob veræ & orthodoxæ religionis propagationem collaudare poterat *Christianum I.*, cum ejus tempore non de vera, sed falsa religione introducenda, *Crellii* malitia, agitentur consilia. Neque verbum: *Exstinctus est*, asperitatem sapit, sed discessum duntaxat ex hac vita indicat. Præterea consulere debuisset *Beringerus* *versionem Germanicam*, sub tit.: *Neue Sachssen-Chronica Part. II, fol. 616, sq.*, in qua *Chytraeus* neque laudes *Christiani I.* reticet, neque obitum ejus duro quodam exprimit loquendi modo, cum ita verba fluant: *Herzog Christianus, Churfürst zu Sachsen, : : : an Reichthum, Landen und Leuten ein mächtiger, berühmter, und ansehnlicher Fürst, ob Er woll eines gesunden und starcken Leibes war; hat sein Leben, ehe Er noch das ein und dreyßigste Jahr seines Alters ausbracht, durch den zeitlichen Todt kurz vorschriener Zeit beschloffen und auffgegeben.* Perperam ergo *Beringerus* hoc exemplo, *Chytraei*, in recensendis rebus, sinceritatem temerare conatus est. De cætero ipse *Beringerus* ejus vitii, cujus *Chytraum* infimulat, reus est, ex meri quippe præjudicii ductu hunc Electorem, *ob veræ religionis propagationem*, tollens in cælum. Quapropter acclamari ipsi jure quit: *Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum.*

negotii religionis se immiscuerit, Electorem contra incolas regionis exacerbavit, consulendo, ut venationum jura Nobilibus adimerentur, tandemque commercium litterarum cum Rege Gallia, in detrimentum Caesaris, insciis ac inconsultis aliis Consiliariis, aluerit. Verba Arnoldi hæc sunt: Man hat ihm aber vornemlich schuld gegeben, daß er (1) seiner Ehre, Treu und Pflicht gegen den Chur-Fürsten und das Land vergessen, sich in Religions-Sachen gemenget, (2) den Churfürsten und die Landschaft in einander geflochten, daß es leichtlich Unglück und Mißtrauen verursachen können, weil er gerathen, man solte dem Adel, der doch damit beliehen, die Jagden einziehen, (3) daß Er eine schädliche Correspondentz mit dem Könige in Franckreich, zu der Römischen Käyserl. Majestät Prejudiz, für sich, ohne der andern Rätthe Wissen, gerathen und eingerichtet, quæ desumpsit ex Weckii Beschreibung der Residentz Stadt Dresden, p. 315. At vero partium studium manifeste prodit Arnoldus, quî enim tam confidenter Crellii captivitatem religionis motibus tribuere potest, cum ipse mox duo alia momenta afferat politica, taciteque sic concedat, illum eorum pariter causa in vincula conjectum esse? Adhæc ex historiæ istius temporis monumentis satis constat superque, aliorum adhuc criminum, eorumque, si non majoris, tamen paris ponderis, Crellium accusatum esse, uti legi potest apud Zieglerum im Schau-Platz der Zeit p. m. 1149, e. gr. quod cruentis consiliis mutationem rerum politicarum & Ecclesiasticarum susserit, vicinorum Principum, nec non Nobilium nonnullorum litteras monitorias suppresserit, exososque reddiderit Electori integram provinciam, ac omnes fideles Ministros, in negotiis militaribus solus consilium dederit, Chiliarchis in invidiam adductis odiumque, Optimos Nobilium, à consiliis ipsius alienos, in corporis viteque periculum conjecerit, testamentum Christiani I, ipse condiderit, seque legatarium constituerit, & quæ sunt istius commatis alia. () Jure ergo Arnoldus eapropter vapu-*

(*) Conf. M. Joh. Frimelii, Diaconi Wittebergenfis, *Witteberga è Calvinismo graviter divexata, & divinitus liberata*, d. i: Wahrhaftiger Bericht, wie der Sacramentirische Teuffel den schädlichen Calvinismus durch

vapulat *Cel. Dn. D. Cypriano* in den ferneren Proben von *Arnolds* Partheyligkeit §. 12. p. 16. sq, quod paucis tantum insimulatio- num partibus allegatis, alias non minoris momenti prætermi- ferit, presseritque silentio, tantum, ut Ministrorum verbi de- traheret existimationi, fucumque lectori faceret, acsi *Crellius*, illis instigantibus, religionis causa, orbatus sit vita. Jam ad scopum. Audivimus hætenus, atque evicimus, multorum criminum capitalium *Crellium* fuisse incusatum. Quî ergo tam audacter asseri potest, eundem *solius religionis causa* capite ple- xum esse? Et quamvis ex mera accusatione, ipsa nondum in aprico jaceat culpa; Attamen quilibet, qui obesæ non est raris, facillime perspicit, graviorum, quam quæ intuitu religionis patravit, scelerum, eorumque contra Electorem ac regionem commissorum, *Crellium* postulatum esse. Sed forsan, durante litis ventilatione, quam *processum* vocant, omnia reliqua faci- nora, præter id, quo in religionem extitit iniquus, depulit accusatus, *adeoque non nisi religionis causa capite plexus est?* Minime Gentium! Adeo enim omnia non depulit impacta flagitia, ut potius nocens satis deprehensus sit. Equidem ita vocati *Amici Crellii* in der Antwort und Gegen-Bericht der Reichspredigt p. 191. sqq. pro innocentia *Crellii* tanquam pro aris & focus depugnant, injustam illi omnino dicam scriptam esse, clamantes. Sed totum illorum præsidium in nuda consistit negatione, cavil- latione, mendacio, (quale e. gr. est, quando non ab *Imperatore*, sed unico tantum *Consiliario* sententiam *Crellii* capitale latam esse, effutiunt, digni propterea habiti, quorum confusum chaos publico Cæsaris Edicto tineis & blattis addiceretur, uti jam supra monuimus §. I. p. 6, & prolixius commonstrabimus *infra*, it: quando *Brunsvicensis* seditionis, *P. Lyseri* causa, contra Ma- gistratum instituta, absque fronte insimulant, contrarium sancte asseve-

durch seine schädliche Werkzeuge mit List und Betrug in die Kirche zu Wittenberg, und Churfürstenthum Sachsen einzuführen sich unterstan- den, und wie solchem Geschmeiß hinwieder durch Gottes Gnade geweh- ret und gesteuert worden, p. 85. sqq. 24. sqq., *Witteb. an. 1646. 4*, qui tamen libellus non nisi vulgaria, saltem vix alia, quam quæ in *concione funebri* habentur, sapit.

asseverante D. Polycarpo Lysero, Sen. in der Rettung der Ehren und Unschuld, apud Tentzelium in der Curieusen Bibliothec An. 1705. p. 723.) Unde misere sibi & aliis imponit non solum Arnoldus, jam antea S. I. p. 6. notatus, sed etiam Rodolphus Hospinianus in Concordia discorde Cap. XLIX. fol. m. 26. b. omnia Crellio imputata crimina in Amicorum & propinquorum historica narratione an. 1605, diluta esse, contendens. Ut ut itaque prolixa opus non sit Amicorum Crellii, sive unius, sive plurimum, refutatione; Attamen ad penitioem ipsius causæ cognitionem, & eo majorem hostium veritatis confusionem, observasse ante omnia juvabit, ipsum Crellium satis se suspectum, & imputatorum criminum tantum non convictum, reddidisse, dum statim post Electoris obitum, & ante detentionem suam, scriptorum ac actorum suorum magnam partem igni consecravit, residuam vero, uxoris suæ cura, e regione abduci curavit. Ita namque B. D. Polycarpus Lyserus in der Rettung der Ehren und Unschuld, apud B. Tentzelium in der Curieusen Bibliothec, An. 1705. p. m. 712. sq. scribit: Hätte die Landschafft diese Fürsichtigkeit gebraucht, und ehe nach D. Krellens Briefen, als nach seiner Person gegriffen, sie hätten nicht zehen Jahr dürffen rechten und fechten, sie hätten wol ehe mit ihm herdurch kommen können. Aber man hat nicht allein ihm Lustt gelassen, daß er NB. das Fürnehmste durch die Feuer=Esse im Rauch gen Himmel geschickt, sondern auch seinem gottlosen Weibe so viel nachgehänget, daß sie dasjenige aus dem Lande geführet hat, damit diese unächten Krellen Freunde sich die ganze Welt zu trocken unterstehen. Quæso! si Crellius tanta, quantam ejus Amici deprædicant, coruscavit ingenuitate ac morum integritate, cur reculas potiores ipse cremavit? Cur residuæ per conjugem asportatæ sunt? Quod in specie attinet commercium illud cum Rege Gallie (*) in detrimentum Cesaris institutum, cujus Crellium

E

lium

(*) Quomodo de cætero Crellius cum Philippo Mornæo, Ministro Regis Gallia, Henrici IV. eminentissimo, & strenuo Reformatae religionis defensore, intimam coluerit amicitiam, ex Tract. Gallico: Histoire de la Vie de Phil. Mornay, p. 153. comprobatur Junckerus in dem guldnen und silbernen Ehren-Gedächtniß Lutheri, p. m. 360, additque, Domi-

lium pariter insimulatum novimus, mentio fit in Pseudonymi Christoph Gottlieb von Friedberg neuen Calvinischen Modell des Heil. Römischen Reichs Cap. VII p. m. 56. ed. an. 1616. 4. fœderis cujusdam inter Comitem Palatinum, Job. Casimirum, & Electorem Saxoniz, Christianum I, intercedentis, ac in Romani imperii damnum collimantis, provocaturque ad Acta & Scripta, ea de re, post decessum Electoris, reperta. Verba ita sonant: Was solche Calvinische Werbung bey dem Soldan gewürcket, ist den Lutherischen Fürsten unverborgen, sonderlich denen, welche NB. von den Calvinischen Anschlägen, Pfalz-Grafen Johann Casimirs, nach seines Bundsgenossen Chur-Fürst Christian, von Sachsen, Todt, aus denen bey Sächsischen Hoff gefundenen Schrifften, und Acten informiret worden. Dem von Navarra hat man dazumahl so viel Volck, als man nur konte, zugeschicket, welches, so bald ihnen nur mit dem Finger ein Zeichen gegeben würde, sämptlich auff des Reichs Boden ver-rückte &c. Sed an & quousque hæc Friedbergii relatio cum amica veritatis amussi concinat, alii judicent. Nos potius id, tanquam firmissimo nixum fundamento, reticere non possumus, Crellium Ministris verbi, sub sigillo Confessionis, candide aperuisse, quod mortem adjudicatam suis malefactis satis meruerit, imò eundem, cum coram judicio prius exceptionis ac appellationis beneficio uti animum induxisset, mox, confessionis prioris tenore ad animum vocato, ultro acquievissè citroque. Auscultemus, ut fidem dictis faciamus, verba Concionis funebris p. 41. sq. Ehe er die Absolution begehrte, sprach er: Man solte die Thür zuschliessen, daß nicht jemand etwas hörete, denn er etwas mit uns insonderheit zu reden hätte. Als nun das Schloß an der Stuben-Thür abgelassen, hat er angefangen: Lieben Herren, wir seynd allhier alleine, und ich weiß daneben, daß der HErr Christus als Gott und Mensch, wahrhafftig bey uns gegenwärtig sey,

der

Dominum de Turenno, An. 1590. cum litteris ad eum esse ablegatum, hac fini, ut copiaz in Germania pro memroato Galliz Rege conscriberentur, quæ quoque An. 1591. sub Imperatore bellico Christiano, Principe Anhaltino, in Galliam profectæ sunt.

der alles höret, und siehet, dem auch meines Herzens Gedanken offenbahr sind, und was ich jetzt rede, und beichte, das klage ich zufoerst Gott im Himmel, und euch, als seinen Dienern, welches ihr auch die Zeit euers Lebens, bis an den jüngsten Tag, bey euch behalten werdet, wie solches rechtschaffenen Dienern eignet, und gebühret. Darauf er seine Beichte gethan, welche also beschaffen gewesen, daß, ob wir wol dasjenige, so er bekant, billig mit uns in die Gruben nehmen, dainoch wir ungeschwehret sagen dürfen, daß er für Gott, und uns seinen Dienern, so viel erkant, und bekant, daß er diesen Todt gar wol verschuldet habe. Haud multo post p. 44, sequentia legimus: Ob er wol für Gerichte excipiren und appelliren wollen, auch, weil es die Gerichte gestattet, und nachgeben, etwas geredet; jedoch, als er von seinem Beicht-Vater, in Beyseyn vieler Leute, erinnert ward, er solte sich dessen erinnern, was er ihm und seinen Collegen in der Beicht sancte geredet, als hat er von Stund an still geschwiegen, und kein Wort mehr hinzugethan. Wir Berordnete wollen uns in diesem auff viel hundert Personen beruffen haben, welche solches mit ihren Ohren angehört. Quis hisce, coram facie summi judicis prolatis, exaratisque, fidem temere derogaret? Quis potius Amicis Crellii non verteret vitio, quod, non obstante luce meridiana, Soli tamen tenebras affundere, ac falsitatibus, mendaciis, calumniis, certare præoptarint? Quis ARNOLDO in malam non interpretaretur partem, quod hujus tam candidæ Ministrorum relationis ne verbo quidem meminerit, sed omni potius modo Crellium tantum non in sanctorum numerum referre studuerit? At nolumus his diutius inhærere, quandoquidem ultimum nos ad se vocat argumentum, ex quo clarissime evincetur, Crellium non religionis, sed regionis causa, seu, non ob delicta in religionem, sed in rempublicam, commissa, capite plexum esse. Indicem intendo digitum in sententiam condemnatoriam, Pragæ latam. Postquam nimirum per integrum decem annorum intervallum, actio contra Crellium instituta, durasset, nihilque amplius, nisi ut juxta Actorum, &

probatorum ductum, tota causa ad amblicum perduceretur, restaret, noluit sapientissimus Saxoniae Administrator, *Fridericus Wilhelmus*, à Saxonis Jure-Consultorum Collegiis ac Societatibus jus dici, ne partium studio aliquid videretur tributum, sed electa potius est *Bohemica Appellationis camera*, quæ vocatur, quæque in negotiis criminalibus decidere sivevit. Hoc itaque iudicium Cæsareum, Pragæ vigens, sequentem accepimus efformasse sententiam, quam, utpote Germanice, nomine Imperatoris, tunc conceptam, eadem hic lingua repetere placet atque apponere: Wir Rudolph der Ander, von Gottes Gnaden, erwählter Römischer Kayser, &c. &c. erkennen, als Uns von dem Hochgebohrnen Fürsten, unserm lieben Oheim, *Friderichen Wilhelm, Herzogen zu Sachsen, Vormunden, und der Chur-Sachsen Administratorn*, &c. ein, und von *M. Abraham Giesbachen*, als hierzu verordneten Fiscalen, Anklägern, vermöge des Land-üblichen Gebrauchs, angestellter Inquisition-Process, sammt geführten Beweisen, wieder den verhaftten *D. Niclas Crellen*, Anzeiglagten, zugeschicket worden, und darinnen, was recht seyn mochte, zu erkennen gebeten, daß wir solchen Process und Beweis unsern verordneten Præsident und Rätthen, so über den Appellationen auff unserm Königlichen Schlosse zu Praga sitzen, zum Versprechen übergeben: Haben gedachte unsere Præsident, und Rätthe, nach Ersehung, und gnugsamer Erwegung, zu Recht erkannt, daß angeklagter *Nicolas Crell NB.* mit seinen vielfältigen losen, wieder seine Pflicht fürgenommener, daheim und mit frönder Herrschafft, und derselben abgefertigten, gebrauchten Practiquen, und allerhand arglistigen schädlichen Fürnehmen, so zu Recht gnugsam auff ihn dargethan und erwiesen, dadurch er wieder den auffgerichteten Land-Frieden, zu turbirung gemeines Vaterlandes Ruhe und Enigkeit gehandelt, sein Leib und Leben verwirret, und also andern zum Abscheu mit dem Schwerdte gerechtfertiget werden soll, &c. von Rechts wegen. *Hac ipsa sententia, mutatis*

mutatis tantum mutandis, nomine Administratoris (*) per
M. Abrahamum Giesbachium, (qui à nonnullis *Griesbachius* vocatur)
 constitutum Fiscalem, adscitis duobus adhuc Notariis publicis,
Crellio, *Königsteinii*, An. 1601. die 22. Septembris, publicata est
 prælectaque, sequentem in modum: *Nuff* verführten Beweis,
 in peinlichen Inquisition - Sachen, *M. Abraham Gießbach*,
 Chur - Fürstl. Sächsischen in Vormundschaft bestallten Fiscal,
 Ankläger, an einem, und dem verhaßteten *D. Nicolas Crellen*,
 Angeklagten, anders Theils, belangende, erkennen von Gottes
 Gnaden, Wir, *Fridrich Wilhelm*, Herzog zu Sachsen &c. auff
 Belehrung der Rechtsgelehrten, vor Recht: daß Angelagter *D. Nico-*
las Crell mit seinen vielfältigen bösen, wieder seine
 Pflicht fürgenommenen, daheim und mit frönder Her-
 schafft, und derselben abgefertigten gebrauchten Pra-
 ctiquen, und allerhand arglistigen schädlichen Fürneh-
 men, so zu Recht gnugsam auff ihn dargethan, und erwiesen,
 dadurch er wieder den auffgerichteten Land-Frieden, zu
 turbirung gemeines Vaterlandes Ruhe und Einigkeit,
 gehandelt, sein Leib und Leben verwirret, und also andern zum
 Abscheu, mit dem Schwerdte gerechtfertiget werden soll. Von
 Rechts wegen. Zu Urkund mit unsern jungen Vätern auffge-
 drucktem Canzley-Secret besiegelt, &c. &c. Vid. *Müllerum in*
Annalibus Saxonis, An. 1601. p. 228, *Ministros Evangelicos in Exa-*
mine Examini Pieriani, Opp. *Nicolai Tom. IV. p. 228. sq.*, *Zieglerum*
 im Schau-Platz der Zeit, p. 1150, & *Arnoldum* in der Kirchen- und
 Reher-Historie, Part. IV. Sect. II. n. 61. p. 458. Sane juxta hujus
 decreti tenorem, *Crellius* ultimum subiit supplicium. Jam ve-
 ro neque vola neque vestigium de religionis moliminibus in
 eodem deprehenditur, sed unice pessimorum criminum poli-
 ticorum

E. 3

(*) Nempè ipsa sententia, autoritate *Fridericici Wilhelmi*, Pro-Electoris,
 die 22 Septembris promulgata, executioni autem, nono Octobris
 data est à *Christiano II.* Electore, quippe qui die 23. Septembr. regi-
 men in humeros suos suscipere cœperat. Vid. *Ziegleri Schaurf.* p.
 1153. & *Conc. funebr.* p. 5.

ticorum mentio fit, ac in specie, quod pacem regionis publicam turbare suscepit, commemoratur. Qua ergo fronte adstrui potest, *Crellium*, religionis causa, capite plexum esse? Hinc quoque *D. Joh. Försterus in Oratione Apologetica pro Lutbero, contra Gretserum, Part. I.*, data occasione, illam Jesuitæ incusationem, ac si *Crellius* ob Calvinismi amplexum, in pœnam incurreret capitalem, refellit, dicens, Jesuitas eandem, qua ipsi exæstant, in ita dictos Hæreticos truculentiam, Electoribus Saxoniae Evangelicis perperam affingere, ac idpropter omnium infelicissime ad exemplum *Crellii*, Dresdæ decollati, provocare, hunc enim non religionis, sed aliorum gravissimorum scelerum intuitu, vita orbatum esse, luculentissime constare ex ipsa Cæsarea sententia, Pragæ lata, adeo ut *Gretserus* sua criminatione non tam *Electori Saxonie*, quam ipsi *Imperatori*, ægre fecerit. Conf. *DNN. Aut. der Unschuld. Nachr. An. 1723. p. 735.* Pari ratione *Rodolphus Hospinianus in Concordia discorde Cap. XLIX. f. m. 260. b.*, sententiam Cæsaream genuino rodens, ac tacite postulans injustitiæ, omnia *Crellio* impacta crimina in Amicorum & Propinquorum historica narratione an. 1605, diluta esse, clamitando, digne excipitur à *B. Leonh. Huttero*, Theologo Wittebergenfi, in *Concordia concorde Cap. XLIX. p. m. 1258*, cujus hæc sunt verba: *De Nicolao Crellio, non vel Pro - Electoris Saxonie, vel Electoris Christiani II, sed Imperatoris, jussu ac decreto: non ob religionem, sed ob perfidiam multiplicem, capite multato, non est, ut nobis sis molestus, Hospiniane. Imperatorem adi & facti causas inquire. Sed cave, ne fortassis πολυπραγμοσύνης pœnam experiaris, publico, uti nosti, Imperiali Diplomate definitam illis, qui Crellii hujus causam agere, patrociniumque suscipere non dubitaverint.* Conf. *M. Joh. Mich. Weinrichii Historische und Theologische Betrachtungen, Part. II. p. 214 sq.*

§. X. Pedem promovemus ad idem cum priori, hætenus §. VII. sqq. p. 14. sqq. profligato, criminationis genus, nova tamen velut cerussa obductum, novoque insignitum nomine. Nempe *Fridericus Adolphus Lampe*, Professor Theologiæ Reformatorum Ultrajectinus, in *Synopsi Historiæ sacre & Ecclesiasticæ Cap. XIII. §. 15. p. 398.* *Crellium*, ob improbatam Formulam Concordiæ, capite luisse, prætexit, scribens: *Reformatam Religionem in Saxoniam*

xoniam

*xoniam introducere meditabatur Christianus, Elector, vacatis moderatis An. 1586. Theologis. Verum in flore atatis cum decederet, Fredericus Wilhelmus, trium Christiani Filiorum tutor, nullos tolerare voluit, NB. qui Concordiam Bergensem non probarent, carcere, exilio, quin gladio etiam non abstinens. Illud exemplo Urbani Pierii, istud Petri Wesenbecii, & Jani Gruteri, hoc Nicolai Crellii, Cancellarii, supplicio confirmatur. Sed totus Lampii discursus nullum meretur calculum. Falsissimum enim est, Christianum Electorem meditatam fuisse introductionem Religionis Reformatæ in Saxoniam. Deceptus quidem à Crellio, atque Aſſeclis, veram intentionem occultantibus, mutationes nonnullas in favorem Religionis Reformatæ, præter omnem opinionem suam, fieri permisit. At eum de introducenda Religione Reformatâ, ne per somnium quidem cogitasse, ex ante dictis §. IIX. p. 20 sqq. abunde constat, quibuscum comparari potest *Historia de Vita & morte Electoris Christiani*, publicis auspiciis edita, & quoad summam rei communicata à B. Huttero in *Concordia Concorde Cap. XLIX. p. m. 1224. sqq.* Falsissimum porro est, moderatos Theologos in Saxoniam evocatos esse, nisi moderatos, cum Lampio, vocare ament, qui doctrinæ vere Evangelicæ infensi, ac Reformatorum placitis penitus dediti sunt. Et quam moderatum Ecclesiæ nostræ Theologum egerit Urbanus Pierius, unus ex primariis in hac comædia, quamque Ecclesiæ nostræ faverit, disci potest ex illius *Examine*, aliisque contra D. Phil. Nicolai editis Scriptis, ut *Salmuti*, *Pezelii*, *Gundermanni*, *Calamini*, aliorum, infidias, Ecclesiæ nostræ structas, silentii peplo involvam. Conf. B. Hutterum *loc. cit. Cap. L. p. 1259 sqq. 1266. sqq.* Falsissimum est, Pierium in carcerem conjectum esse eam simpliciter ob causam, quod *Formulam Concordiæ non probaret*, nam custodiæ potius in Arce Wittebergensi inclusus est, potissimum hac fini, ut in Acta ejus, molitiones iniquas, ac communicata cum Crellio consilia, eo melius inquiri, & quid cum eo, reprobe cognita & expensa, agendum esset, interea statui posset, unde etiam postmodum, interposita obligationis formula, juramento confirmata, (*eydlichen Revers*) dimissus est. Vid. *trium Ministrorum Examen Examini Pieriani*, *Opp. Nicolai Tom. IV. p. 487. a*, *Hutterum l. c. Cap. L. pag.**

pag 1259. sqq. 1266, quæque monuimus supra §. II. Not. (xxx)
 p. 8 sq. Et quî *Lampius* carcerem ac exilium crepare, atque
 talia, tanquam tyrannidis cujusdam specimina, ratione *Oforum*
Formulæ Concordiæ, venditare non verecundatur, cum tamen
 ne verbulo quidem insignem duritiem, instinctu *Crellii*, in o-
 ptimos verbi divini præcones exercitam, attingat, nedum im-
 probet? Certe longe mitius tractatos esse *Formulæ Concordiæ* Ini-
 micos, quam Amicos, asserunt evincuntque *tres Ministri l. c. p.*
487. Conf. supra §. IIX. p. 26. sq. At vero ipsum jam virus omni-
 um virulentissimum, quod in Pro-Electorem Saxonix, alios-
 que purioris religionis consortes, evomit *Lampius*, amoliri te-
 nemur. Ne gladio quidem abstinuisse prælaudatum Administra-
 torem, illudque *Nicolai Crellii supplicio confirmari*, ait, audacter
 sic asserens, *Crellium capite plexum esse, quod Concordiam Ber-
 gensem probare noluerit.* Sed quam turpiter amœnam veritatis
 viam migrat *Lampius*? quam immanem effundit calumniam!
 Ad Calendas enim Græcas demum commonstrabitur, *Crellium*,
 ob non probatam Formulam Concordiæ, pœnam dedisse capi-
 talem. Fatemur quidem ultro citroque, *Crellium* inde ab ipsa
Formulæ Concordiæ origine, eandem vatiniiano persecutum esse
 odio. Unde mirari omnino subit, hominem adeo pestilentem,
 ex ipsius Electoris *Augusti* voluntate, *Christiano I. Filio*, datum
 esse Consiliarium, hoc ipsum enim *Augusti* factum de infirmi-
 tate ejus humana testari, haud abs re monet *B. Lyserus*, Sen. in
 der Rettung der Ehren und Unschuld, apud *Tentzelium* in der *Cu-
 rievusen Bibliothec an. 1705. p. 707.* Neque inficias imus, *Crellium*,
 tempore *Christiani I. Electoris*, omnes in eliminationem, ac ab-
 rogationem Formulæ Concordiæ, ab Electore *Augusto*, gloriosæ
 memoriæ, octoginta mille thalerorum expensis, (observante
Müllero in Annalibus Saxon. fol. 192.) procuratæ, ac introductæ,
 movisse rudentes. Quod enim *Pierius in Examine p. 249.* causa-
 tur, *Christianum I* in ipso regiminis suscepti primordio, non ap-
 probasse Formulam Concordiæ (*Sr. Chur. Fürstl. Gnaden haben
 das Concordien-Buch nie beliebt*) à veritatis tramite infelicissi-
 me deviat, cum is *Torgavia*, in conventu provinciali, an. 1588.
 statibus congregatis sancte asseveravit, sibi normam fore, propheticos

sicos, & Apostolicos, Augustanam Confessionem invariata[m], Ejusque Apologiam, Articulos Smalcaldicos, Scripta Lutheri, & NB. Formulam Concordia[e]. Præterea cum Libelli nonnulli Wittebergæ typis mandandi essent, Elector Facultatem Theologicam diligenter inquirere jussit, An cum verbo DEI, Augustana Confessione, & Libro Concordia[e] concinerent, prouti ipsum mandatum de An. 1588. die 6. Julii, extat apud Ministros Evangelicos in Examine Examinis Pieris, Opp. Nicolai Tom. IV p. 465. Interim, non obstantibus omnibus, in abrogationem Formula[e] Concordia[e] directis, moliminibus, voti tamen sui hostes ejus penitus compotes facti non sunt. Ita namque relatum legitur in Historia de Vita & Obitu Electoris Christiani I, apud B. Hutterum in Concordia Concorde Cap. XLIX. p. m. 1234: Die Normam und Richtschnur göttl. Lehr, haben Sr. Chur-Fürstl. Gnaden benennet die Prophetische, und Apostolische Schrifften, und, nechst denselben, die drey Haupt-Symbola, und die Augsburgische Confession, sammt den Catechismis Lutheri. Und obwohl bey Sr. Chur-Fürstl. Gn. eskliche zum höchsten gearbeitet, daß sie das Christl. Concordien Buch, welches Sr. Ch. Gn. in der Subscription der Kirchen-Ordnung approbirt haben, Derselben verleiden, und sie dahin bringen möchten, daß sie gedachtes Buch ganz auffheben, und beyseit thun solten, NB. haben sie doch bey Sr. Chur-Fürstl. Gnaden nichts in diesem Fall erheben können. Hæc de Crellii in Formulam Concordia[e] odio præmittere collibuit, ne aliquid consulto videamur prætermisisse. Utut itaque isti Liber hic noster Symbolicus sudes semper fuit in oculis; Attamen capitis supplicium eapropter non sensit. Bene hinc Celeberrimi Collectores Actorum Eruditorum Lipsiensium Anni 1722., p. 48, Non tam facile, inquiunt, probari (in Lampio) potest, Nicolaum Crellum ideo supplicio affectum esse, quod Concordiam Bergensem, uti scribit, non probaverit, cum in publico epitaphio hostis pacis, & quietis publicæ turbator dicatur. Ne autem ipsius, ad quod provocatur, Epitaphii, tenor ignoretur, apponemus illud integrum, prouti extat apud Arnoldum in der Kirchen- und Rehero Historie Part. II. Lib. XVI. Cap. 32. §. 37. p. 391: A DEO pro justitia Christianus II. DEI gratia Dux & Elector Saxonie, supplicio de hoste pacis

pacis & qui is publica turbatore secundum leges sumpto; Patria Patre & Cesare juste vindicante, in pena memoriam, audaciaque terrorem, sceleratis in exemplum. Rom. XIII. Die Obrigkeit trägt das Schwerdt nicht umsonst. Time Deum, & honora Casarem. Sive jam hoc epitaphium publica confectum fit autoritate, sive minus, id tamen inde colligere est, cordatis rerum arbitris non aliam fedisse mentem, quam quod Crellius ob pacis & quietis publica turbationem, non autem propter denegatam Formule Concordie approbationem, capite plexus fit. Et quid multis? revocemus nobis in memoriam judicalem Caesaris sententiam, Pragæ latam, & supra §. IX. commemoratam. Næ in hoc altum de non probata Formule Concordie silentium, unice autem mentio fit turbata pacis regionis, & communis Patriæ, i. e. imperii Romani, quandoquidem verba ita fluunt: angeflagter Krell habe mit allerhand arglistigen schädlichen Fürnehmen, dadurch er wieder den auffgerichteten Land = Frieden, zu turbirung gemeinen Vaterlandes Ruhe und Einigkeit gehandelt, sein Leib und Leben verwircket. Et quid opus fuisset decem annorum tractu fluxuque? Cui bono omnia juris beneficia Crellio, ad causam suam agendam, concessa? Cur non parsum tantis sumtibus, expensisque? si, ob merum in Formulam Concordiæ odium, in jus vocatus, saltem ultimo supplicio affectus est. Potuisset sic sane totum negotium intra perbreve temporis spatium perducere ad umbilicum. In aprico enim erat, neque testium confirmatione, aliarumque probationum robore demum protrahendum in lucem, quod Crellius Formulam Concordiæ non probaverit. Cur ergo, delicto manifesto ac notorio, non illico decretum mortis formatum? Cur reus non e vestigio ad supplicii locum raptus? Cur non statim, longas citra ambages, caput ipsi dejectum est? Quia autem cuncta plane aliter se habuerunt, ac non nisi post integrum decem annorum decursum, negotium totum finem est sortitum, cuilibet facile subolet, crimine graviore, quam quod in improbatione Formule Concordiæ consistit, se polluisse Crellium, pœnasque dedisse promeritas.

§. XI. Tandem breve sub examen vocare placet illam

in

in *Diss. de Jure Principis circa Adiaphora*, sub Præsidio DN. *Christ. Thomasi* habita à DN. *Enno Rudolph. Brencisenio* (*) *Cap. II. §. X. p. 44*, inculpationem, qua in specie conatus abrogandi *Exorcismum*, inter causas, mortem *Crellio* consciscentes, refertur. Ita namque *ibidem* legimus: *Si vera sunt, quæ narrat Nicolaus Blumius in der Leicht-Predigt über den custodirten D. Nic. Crell. inchoata executio de abrogando exorcismo fuit inter causas, propter quas de D. Crellio an. 1601. die 9. Octobr. capitis supplicium sumptum est.* Antequam autem in ipsius hujus assertionis veritatem curatiori inquiramus opera, non possumus, quin de pessimis *Crypto-Calvinianæ* cohortis moliminibus, in abrogationem & relegationem innoxii *Exorcismi*, tempore *Christiani I.*, tendentibus, queramur, & quam præpostero ac violento modo cuncta suscepta sint, peractaque, breviter indicemus, Ipse sane *Joh. Sam. Stryckius* in scandalosa, *de Officio Principis circa Adiaphora Diss.*, hab. *Halæ An. 1716, p. 43.* candide fatetur, peccasse *Christianum I.*, (rectius dixisset, ejus *Consiliarios*, ac *Theologos*) *insigniter, quod intempestive,*

F 2

pestive,

(*) Dolendum omnino, *Virum* hunc, hodie *Cancellarium Frisicæ Orientalis* fulgidissimum, citatæ *Dissertationis* publicatione maximum dedisse scandalum. Laudi tamen perenni id ipsi merito ducendum est, quod foetum illum infelicem non amplius lambat, sed detestetur. Ex relatione enim fide dignissima percepimus, eundem, conatum suorum juvenilium recordatum, intimo affici mœrore, ingenue fassum, se olim quidem, *Thomasi* institutione, in *Academia Halensi*, usum, hypotheses ipsius deperiisse, sed postmodum, per *DEI* gratiam, illarum infirmitatem, noxamque, ex nova librorum saniorum evolutione, satis pervidisse, adeoque insigni eapropter perfundi voluptate, quod ex aviis in rectam pervenerit viam. Ita in hoc *Viro* summo *δεύτεραι Προτιδες σοφώτεραι*, probe quippe gnaro, *errare humanum esse, sed in errore perseverare, diabolicum.* Utinam *DEO*, omnibusque bonis hoc excitaret gaudium, atque publica retractatione candidam ac rectius sentientem profiteretur mentem, catalogum sic augens *Virorum* laude dignissimorum, palinodiam ingenue canentium, de quibus consuli meretur *B. Feustkingius* in *Dissert. de Palinodia s. recantationibus Theologorum in rebus fidei.* Adde *D. Joh. Schmidii Diss. de Palinodia, & Paullini Lust-Stunden, Part. II. p. m. 196. sqq.*

pestive, & cum impetu causam egerit. Eo nimirum audacissimi mortalium omnem movebant lapidem, Eo omnia dirigebant consilia, Eo amice conspirabant, ut *Exorcismi ceremoniam*, in Baptismo adhiberi solitam, ex Ecclesiæ ejicerent pomœriis, sicque fundamentum reliquis, in introductionem ipsius religionis Reformatæ collimantibus, substernerent machinationibus. Hinc primam scopo suo potiundi, aucupabantur occasionem, cum Electoris, *Christiani I*, filiola lavacro Baptismi esset abluenda. Probe enim gnari, se aperto Marte contra Evangelicam religionem pugnatos, iram ac indignationem piissimi Electoris in se concitatos esse, cuniculos agere incipiebant, causati, multos peregrinos & hospites, exorcismo non assuetos, adfuturos, ac baptismi actum spectaturos, è re ergo forte fore, ut ceremonia ista, in gratiam eorum, hac vice intermitteretur. Annuebat Elector, nullam suspicatus fraudem, adeoque à *L. Salmutho*, Concionatore aulico, baptismus absque Exorcismi ritu administrabatur, multis præsentium Nobilium, & meritis & canitie venerabilium, novitatem istam acerbe desidentibus, Serenissima autem puerpera, facti istius notitiam post aliquot dierum intervallum demum indepta, non nisi consternationem, mœrorem, ac mœstitiam inde auferente, dolenteq;, tam egregiam de efficacia Baptismi confessionem, in filiolæ suæ initiatione cessasse. Postmodum à *D. Urbano Pierio* (qui tamen Ministris Ecclesiæ Dresdensibus *An. 1591. die 6. Febr.*, sub oppignoratione honestæ famæ, confirmarat, se neque consilio, neque opera, abrogationem Exorcismi promoturum, *Er wolte ein Schelme seyn, wo er wolte Rath und That dazu geben, den Exorcismus abzuschaffen*) nomine *Consistorii Wittebergensis*, compilatum est Scriptum, sub tit: *Ein Bedencken von Abschaffung des Exorcismi*, quod à reliquis duobus Consistoriis, *Lipsiensi & Misnensi*, tanquam *Pieris* consortibus, statim comprobatum, resque eo redacta est, ut plurima Superintendentium, ac Pastorum pars, vel minis, ac præsertim depositione, territa, vel etiam aureis lautioris officii promissis pellecta, in abrogatione Exorcismi consentiret. Ut autem eo feliciter voti sui compo-

tes

tes redderentur hostes Exorcismi, imo totius religionis nostræ Evangelicæ, & Electorem in partes suas pertraherent, *Pierius* cum Superintendente Beltzigienfi, *M. Bernhardo Apitio*, colludere, hic vero vetulas quasdam subornare, eoque commovere, ut de Exorcismi injustitia quererentur, mox *Apitius* ad *Pierium* scribere, quod multi in sua Diœcesi Exorcismo offenderentur, *Pierius* id ad aulam referre. Conf. *Mylii Synopsis Comœdiæ Misnica*, apud *Hutterum in Concordia Concorde Cap. 49. p. m. 1250.* Quoniam jam Elector in causa Ecclesiastica tam ardua Consiliariorum Politicorum deciso stare nollet, è vestigio Consistorii *Misenensis* sententiam de quæsitâ Exorcismi abrogatione exquisivit, quod, utpote heterodoxiæ veneno infectum, eundem non nisi in invidiam & odium adducere studuit. Præterea Principi optimo pervaserunt perfidi homines, acsi tantum non omnes Pastores & Parochi eliminationem Exorcismi conceptis expeterent votis, id quod videre est ex *Ejusdem verbis ad Crellium*, occasione supplicantium Pastorum Diœceseos Pirnensis, directis, *allegatisque supra §. IIX. p. 24.* Accedit & hoc, *Superintendentes*, ad *Lipsiensem tractum* pertinentes, & *Lipsiam* evocatos, ad subscribendum *Pierii* Scripto ante memorato: *Bedencken von Abschaffung des Exorcismi*, cum id facere recusarent, sed duntaxat *quatuor nudis Questionibus* subscriberent, enixè quidem à Commissariis ac Consistorialibus petiisse, ut monita illorum in conspectum Electoris perferrent, sed spe sua, non obstante lauta illorum promissione, plane excidisse, uti diserte queritur *M. Georg Lysthenius*, Superintendens Weisenfelsensis, in litteris ad Consistorium Lipsiense, apud *tres Ministros Evangelicos in Examine Examinis Pierii*, *Opp. Nicolai Tom. IV. p. 455. sqq.*, qui quoad hætenus dicta consulendi sunt *l. c. p. 469. sqq. usque 476.* Hac itaque fraudulenta calliditate tandem *Edictum* contra Exorcismum, sub præfixo Electoris nomine, surreptum est potius, quam rite procuratum, *Edictum*, inquam, quod lacrymas, exilium, miseriam, variaque mala peperit. Insinuabatur nimirum singulis Superintendentibus, aliisque verbi Divini Ministris, Scriptura (*Patent*), cui aut subscriberent, sicque testarentur,

rentur, se Edicto contra Exorcismum parituros, aut officio moverentur. Multi ergo facile se accommodarunt; Alii vel inviti uxorum persuasionibus vacuas præbuerunt aures, unde in proverbium abire cœpit: *Schreibe, schreibe, daß du bey der Pfarre bleibest.* Valde hic hallucinatur *D. Joachimus Langius in Historia Ecclesiastica p. 892.* Præterquam enim quod *Hadde- rum* vocet Superintendentem *Dresdensem*, qui tamen non *Dresda*, sed *Lipsia*, loco *D. Selneckeri*, Superintendens constitutus erat, in eo quoque aberrat à januâ, quod notum illud: *Schreibt, daß ihr bey der Pfarre bleibt*, occasione *sanctionis de Exorcismo usurpando*, à Pastoris cujusdam conjugē prolatum enarret, scribens, *muneribus suis exutos esse multos, sanctioni de Exorcismo NB. usurpando subscribere venientibus.* Et cum Pastoris cujusdam uxor marito dixisset: *Lieber Herr, schreibet, daß ihr bey der Pfarre bleibet.* verba ista: *Schreibe, daß du bey der Pfarre bleibest*, in proverbium abierunt. Quis enim nescit, tempore Christiani I, Electoris, quo Exorcismi abrogatio quærebatur, adeoque occasione *sanctionis de Exorcismo NB. non usurpando*, seu *eliminando*, verba hæc: *Schreibet, lieber Herr, schreibet &c.*, ab uxore quâdam Pastoris adhibita, & inde tum tritum illud: *Schreibe, daß du bey der Pfarre bleibest*, enatum esse, uti disci quoque potest ex *Ziegleri Schâuplatz p. 1148*, & *Arnoldi Kirchen- und Reher-Historie Part. II. Lib. XVI. Cap. XXXII. §. 24 p. 387.* Conf. *DNN. Autor. der Unschuld. Nachr. An. 1722. p. 121.* Interim fuerunt quoque cordatorum Ecclesiæ Ministrorum haud pauci, qui minis non terrefacti, subscriptionem denegarunt, adeoque mox durissima experti sunt fata. Auscultemus *Zieglerum l.c.*: Im ganzen Wittenbergischen Consistorio waren alle hohe und niedrige Geistlichen solche Blätter, welche zur Zeit dieser Ansechtung abfielen, und dieses Patent unterschrieben, NB. ausser der Pfarr und Caplan, Tobias Mirus, und M. Zacharias Nicolai zu Grâffenhainichen, welche, wie auch die Superintendenten zu Freyberg, Pirna, Colditz, Raumburg, Eilenburg, zwey Caplâne zu Wittenberg, und etliche andere, theils abgeschaffet, theils aus dem Lande verwiesen, und theils gefangen gesezet wurden,

den,

den, D. Schiltern zu Leipzig aber, der gleichfalls nicht unterschreiben wolte, stieß man deswegen aus dem Consistorio. Injuste autem in bonos hosce viros (*) invehitur *Autor Disputationis de Jure Principis circa Adiaphora Cap. II. §. 10. p. 44.* Postquam enim abrogationem Exorcismi, tanquam rei Adiaphoræ, solius Principis potestati tribuisset, illico subjungit, dolendum esse, ob abrogationem Exorcismi, tantos motus in Saxonia, sub Electore Christiano I, NB ex im- temperato animo Clericorum, ortos esse. Cum enim Elector jure suo uti, & ad petitionem multorum Pastorum Lutheranorum, Exorcismum abrogare vellet, & scriptum D. Pierii, dictum ein Bedencken von Abs- schaffung des Exorcismi, congregatis Lipsiæ Lutheranis Superintenden- tibus ad subscribendum offerret, illi vero hoc recusarent, tandem iis man- dabatur, ut Auditores de Exorcismo recte informarent; cui quidem jussus paruerunt, sed, cum D. Gunderman & Salmuth an. 1591. die 14. Jul- cum Pastoribus, in urbe Zeitz congregatis, agerent de Exorcismo abrogan- do, cogebantur se subducere, & fuga sibi prospicere, ob tumultum, qui propter

(*) Nil plane movemur *Erichi Beringeri in Discursu de veri Historici Officio p. 68.* (uti legere est in *nova librorum rariorum Conlezione Fascic. II. Num. VII. p. 366.*) indignatione maledica, qua Ministros Ecclesiæ nostræ, mandatis de Religione & Exorcismo, tempore Christiani I, publicatis, non parentes, & hinc in exilium pulsos, eorumque à Pro-Electore revocationem, prosequitur. Occasione enim verborum *Dav. Chytrai in Chronico Saxonico*, quibus abro- gationis priorum mandatorum sub *Christiano I*, & restitutionis Pastorum loco motorum, mentionem injicit, erumpere non ve- retur: Si mandatis sive Edictis illis nihil decernebatur aliud, quam ut vera & orthodoxa propagaretur religio, abominandi contra errores, & cum his imprimis Exorcismus exscinderetur, & vesanorum denique atque omnia turbantium clamatorum nimia illa calumniandi cohibere- tur licentia, & plus justo elatum deprimeretur supercilium theologicum, nihil causæ fuit, cur in DEam & Magistratum contra conscientiam re- fractarii, & oppido pauci Pastorculi ab exilio revocari, & in pristinum statum reponi, aut illa christianissima mandata abrogari debuerint. Ex- ungue leonem! Sed ipse *Beringerus* de veritate dictorum suorum aculeatorum non satis certus est, quia conditionate tantum loquitur: Si mandatis &c. Adhæc conditio, juxta *Logicorum Filios*, ni- hil ponit in esse.

propter abrogationem Exorcismi suboriebatur. Hæc ille! Verum enim vero quam infirmo discursus iste nititur tibicine! *Falsum* quippe est suppositum Autoris, defensum quoque à *Job. Sam. Stryckio* in *Diss. de Officio Principis circa Scandala*, p. 51, abrogationem rituum Ecclesiasticorum, adeoque & Exorcismi eliminationem, de jure, in solius Principis arbitrio stare, ita ut reliquorum statuum deliberatione & consensu plane non sit opus. Paulus enim integram Ecclesiam jubet curare, ut omnia fiant *εὐχημόνως καὶ κατὰ τάξιν*, i. e. *decenter & secundum ordinem*, 1. Cor. XIV. 40, adeoque omnibus statibus, non soli magistratui politico, vindicat de ritibus Ecclesiasticis, ad bonum ordinem, & ædificationem Ecclesiæ, facientibus, dispositionem, & vigilantiam. Adde 1. Cor. XI. 34. Certe *Josaphatus*, pius Judæorum Rex, nihil in rebus Ecclesiasticis fieri voluit inconsulto, incio, & invito *Amaria*, summo Sacerdote, 2. Chron. XIX. 11. Adhæc, quoad discussionem causarum Ecclesiasticarum, constituit *Collegium*, ex Ecclesiasticis & Politicis personis constans, v. 8, quod hodie *Judicii Ecclesiastici*, vel *Consistorii* nomine venire assolet. Pariter *Hiskias*, festum Paschatos secundo mense celebraturus, haudquaquam id fecit juxta proprii ingenii ductum, sed invito cum Primoribus, (sub quibus etiam Sacerdotes comprehendi, liquet ex 2. Chron. XXXI. 13.) ac Senioribus populi, maturo consilio 2. Chron. XXX. 1. 2. Et, quod in specie *Exorcismi* concernit ritum, is eo minus mero Principum arbitratui adscribi potest, quo certius est, illum bono consilio invecum, approbatum, & jamdiu ante Papatus ortum, in antiqua viguisse Ecclesia, mentionem ejus disertam injiciente *Augustino Lib. III. contra Julianum Pelagianum Cap. III. Opp. Tom VII. f. m. 214, b.* narranteque, ne ipsos quidem *Pelagianos* tam vetustam ceremoniam relegare ausos fuisse, etiamsi Baptismi lavacro genuinam adimerent efficaciam, negarentque, infantes ejus virtute ex Satanæ potestate erui. Conf. DN. *Jo. Abr. Kromayeri Commentationem de Potestate Ecclesiastica externa. Sect. II. Part. II. Cap. I. §. 4. p. m. 129. sq., Cap. II. §. 4. p. 143. sq., & Job. Jac. Heldtii Bericht von Prophezeungen, p. 139. sqq.* Nescio ergo, qua conscientia hodierni Pseudo-Politici, summis Imperanti-

rantibus turpiter blandientes, universam rerum ac ceremoniarum Ecclesiasticarum sive adorationem, sive abrogationem, ex solo & unico horum nutu ac voluntate pendere dimicant, tantum ut gratiam captent, auramque aulae. Porro *falsum* est *ELECTOREM jure suo uti*, vel Exorcismum, inconsultis reliquis statibus, ejicere voluisse & exterminare, prouti quidem istam phrasin intellectam vult *Autor Disputationis Halensis*. Nam ne per somnium quidem Electori inciderat, tam periculosum instituere saltum, siquidem cuncta negotia Ecclesiastica cum Consistoriis atque Theologis suis communicare gavissus est, in eo tantum infelix, quod infucatis & heterodoxiae deditis stipatus fuerit Viris, quos sinceros ac genuinos esse putavit. Certe ipse *Disputationis Autor*, scriptum *Pierii*, dictum: *Bedencken von Abschaffung des Exorcismi*, Superintendentibus, Lipsiae, *ad subscribendum*, ab *Electore oblatum esse*, ait, hoc ipso innuens, non nisi ex consilio status Ecclesiastici de hujus ceremoniae abrogatione Electorem cogitasse. *Falsum* ulterius est, *Electorem ad petitionem multorum Pastorum Lutheranorum, Exorcismum abrogare voluisse*. Ut enim in praesenti taceam, variis variorum de Exorcismo abrogando petitiones a fraudum Magistris nude confictas esse, uti ex modo memorato *Apitii* artificio ad oculos patet, ii, qui Ejusdem eliminationem expetierunt, nomine *γυναικας* Lutheranorum Pastorum se penitus indignos reddiderunt, digni potius, qui proditores libertatis Ecclesiae, imò ipsius Ecclesiae, salutentur, cum id factum varia in Ecclesiam nostram mala attraxit, ut caecias nubes. Hinc in *Historia de Vita & Obitu Christiani I*, apud *B. Hutterum in Concordia Concorde Cap. XLIX. p. 1239*. sequentia legimus: *Gott vergebe es denen Superintendentibus und Pastoribus, welche so vergessen gehandelt, daß sie Sr. Chur-Fürstl. Gn. Schreiben eingeschickt haben, (zu welchem Ende sie solches gemeinet, das stehet bey ihrer Verantwortung) darinnen sie um die abrogationem des Exorcismi in ihrem, und ihrer Gemein Nahmen unterthänigst angehalten, dadurch Sr. Chur-Fürstl. Gn. bewogen worden, daß sie den Theologis aufgetragen und befohlen, ihr Bedencken von solcher*

G

Sachen

Sachen zustellen, und sich mit den andern Superintendenten und Pastoribus darüber zu vergleichen. Aber wie treulich und aufrichtig dieselben in dieser Sachen gefahren, das wird ihnen ihr eigen Gewissen am besten sagen, und hat es das ganze Land mit Schmerzen, und Schaden erfahren. Denn sie alsobald den ganzen Handel verkehret, und aus dem Exorcismo, welchen Sr. Chur-Fürstl. Gn. wie recht ist, für ein Mittelding gehalten haben, ein Zäuberisch, Abgöttisch, Abergläubisch, Unchristlich, und Teuffelisch Ding gemacht &c. Hernach haben Sie die Subscriptiones ihrer Opinion und Meynung wunderbahrllicher Weise in den Consistoriis, von den Superintendenten und Pastoribus, ex practiciret, etliche, die ihren gefassten Schrifften nicht haben subscribiren wollen, eigenes Gewalts incarceriret, verfolget und verjaget, zu welchem allen der fromme Chur-Fürst seinen Fürstlichen Nahmen herleihen und auf sich nehmen müssen, als wann es durch desselben Geheiß und Befehlich geschehe, da doch Sr. Chur-Fürstl. Gn. das wenigste hiervon erfuhr, oder ja derselben die Sachen weit anders fürgebracht wurden, denn sie an sich selbst waren. *Falsum pariter est, ob abrogationem Exorcismi tantos motus sub Christiano I., ex intemperato animo Clericorum ortos esse. Sane hæc dica tam est injusta, ut ipse Autor Disputationis Clericos nostros ab illâ vel invitus absolvat, scribens, eos mandato illi paruisse, quo Auditores de Exorcismo recte informare jubebantur. Quomodo enim illis tam intemperatus tribui potest animus, qui ab immoderato zelo sibi temperantes, promptam præstiterunt obedientiam? Et cur Dn. Autor omnem exortorum motuum culpam in bonos transfert Clericos? Cur non etiam præposterâs Oforum Exorcismi vias detegit, atque eorum intemperatum, in abrogando Exorcismo, animum reprehendit? An ergo hi recte fecerunt. Electorem circumveniendo, omnia turbando, & summa imis miscendo, soli Ministri Evangelici male? An recte fecerunt, monita cordatorum Theologorum, Superintendentium, ac verbi Præconum supprimendo, neque illa, prouti quidem promissum fuerat, ad Electorem deferendo, diserte ea de fraude querente *Lysbemo,*
apud*

apud *Ministros Evang. in Examine Examinis Pieriani, Opp. Nic. Tom. IV. p. 457.* An recte fecerunt, absque Electoris præscitu, aliquid circa ritus innovando? *Pierium* enim *Wittebergæ Exorcismum* proprio exterminasse ausu, referunt *Ministri Evang. l. c. p. 462.* An recte fecerunt, impetum violentiæ adhibendo, remotio- nem ab officio dictitando, ac reuertes pœna exiliû, aliorum- que malorum, affligendo? cum *Crellius* migrationem desti- navit abrogationem Exorcismi non approbaturis, uti dixi- mus supra §. 8. pag. 26. Certe *Arnoldus*, ex quo *Dn. Autor* alias sapere studuit, hic ipsos Exorcismi inimicos notare non detrectat, scribens, in *der Kirchen- und Ketzer- Historie Part. II. Lib. XVI. Cap. 32. §. 24. p. 387:* Es machte die Leute vornehmlich stuhig, daß über dem gedachten Exorcismo, und dessen Beybehaltung, einige Prediger abgesetzt, und ausgejaget worden. Mit welchen NB. gewaltsahmen Proceduren meistens hernach die Straffe der Vergeltung zugezogen worden. Si itaque rem totam æqua iudicii lance expendere suscipimus, deprehendemus, gravif- simos motus, ob abrogationem Exorcismi, ortos esse, culpa, non *Ministorum Evangelicorum*, sed potius *Adversariorum veritatis*, quandoquidem *HI* impio *reformandi pruritu ducti*, *Exorcismi ce- remoniam*, & cum hâc universam doctrinam Evangelicam, ibant sublatum, *ILLI* vero, non *intemperato animo*, sed *amore erga DEum ac puriorem religionem*, exstimulati, extrema quævis pati potius, quam veræ religioni, ejusque intemerato exer- citio nuncium mittere volebant, probe perspicientes, Exor- cismi ejectionem non nisi primum fore gradum, viam *Ad- versariis* ad nova ac magis perniciofa molimina, præmunitu- rum. Nec est, quod *AUTOR* tumultum illum, in urbe *Ciza* An. 1591. die 14. Jul. excitatum, cum *D. Gunderman*, & *Salmuth*, cum *Pastoribus* ibi congregatis, de Exorcismo abrogando age- rent, tanquam *argumentum intemperati Clericorum animi afferat*. Qua enim veritate culpa illius tumultus in Clericos impin- gitur? cum hi de Exorcismo *Auditores* suos rite instruere, ipso *Autore* largiente, allaborarunt, ostendereque, eum non pro necessaria cultus divini parte, sed pro re duntaxat adia- phora

phora habendum esse. Unde demonstrabit Autor, promiscuam plebem à Clericis ad ausus istiusmodi inconsideratos instigatam esse, & compulsam? Unde probatum dabit, imperitiis non potius imperita Exorcismi abrogatione scandalum esse datum & offensionem? id quod tamen fieri non debuisset *I. Cor. III. 9.* Unde evincet, confluentem turbam non potius proprio, quamlibet injusto, motu, ad defensionem libertatis suæ Ecclesiasticæ se accinxisse? Verum enim vero propius ad præfixum accedere scopum, & an *conatus de abrogando Exorcismo, Crellio supplicium procreavit capitale*, dispicere tenemur, modo in antecessum adhuc novam, qua veræ Religionis Amatores citatus onerat *Disputator*, removerimus delationem. Tum post obitum, ejus, (*Christiani I.*) ait, *Inquisitores Theologici, abutentes indultu Administratoris, Friderici Wilhelmi, non solum Theologos quamplurimos, sed etiam Juris-Consultos, aliosque Politicos, ex Academiis & Consistoriis eiecerunt, aliisque officiis & dignitatibus privarunt, de quo pluribus apud Hospinianum in Concordia discorde p. 260.* Hæc ille! Bone DEUS! quam inclementer de Serenissimo Administratore judicat, ac si ejus indulgentia tantum, ac nimia facilitate, non vero jussu, nutu, approbatione, auspiciis, cuncta sint gesta, cum historiarum monumenta contrarium satis condoceant, & ipse *Arnoldus*, communis alios Indifferentistarum Præceptor, diserte Administratoris *curam ac mandatum*, (*Vorschub und Befehl*) non nudam lenitatem & conniventiam, commemorare amet, in der *Kirch. und Ketzer Historie P. II. Lib. XVI. Cap. XXXII. §. 25. p. 387; Quam calamum suum in fel & acetum intinxit, ab Inquisitoribus Theologicis ejectos esse, ex Consistoriis & Academiis, Theologos & JCtos, scribens.* Non enim novimus *Theologos Inquisitores*, (quo nomine satis odioso, & citra dubium ab Hispanica inquisitione, desumpto, optimi traducuntur Viri), sed duntaxat *Visitatores*, visitationem Academiarum, Scholarum, Ecclesiarum, instituentes, eosque publica Administratoris autoritate isti negotio præfectos, fatente *Arnoldo loc. cit.* Neque hi Theologi visitatores ab officiis deturbarunt Heterodoxos, sed ad eorum duntaxat denunciationem, hi à Pro-Electore gradu moti sunt.

Quam

Quam partium studium aperte amplectitur, dum Theologos no-
 strates pungere, & truculentiaë cujusdam infimulare in de-
 liciis habet, professi Ecclesiæ nostræ hostis, *Hospiniani*, nixus
 autoritate, Theologorum autem & Juris-Consultorum, partis
 adversæ, facta iniqua, & fraudes ad fallendum pium Electro-
 rem, Christianum I. comparatas, silentio prætermittit, non
 perpendens, ipso *Arnoldi* iudicio *loc. cit. §. XXIV. p. 387.* ad-
 versæ partis Sectatores violentis suis actionibus pœnam ta-
 lionis in semet derivasse. Nescio sane, quid magis Ecclesiæ
 Evangelicæ Alumnum dedeceat, quam matrem suam quovis
 modo infectari, ac Adversariorum ludibrio præter meritum
 exponere. Sed mittimus hæc, atque ipsum ultimum pensum,
 antea insinuatam, & præ ceteris ad scopum præsentem faci-
 ens, absolvere suscipimus. Dicit nimirum Dn. Disputator,
inchoatam Executionem de abrogando Exorcismo inter causas supplicii
Crellii capitalis fuisse, NB si vera sunt, que narrat Blumius in der
Leicht-Predigt. Quilibet statim animadvertit, infenso plane
 animo, pro voce genuina: *Leicht-Predigt*, substitui: *Leicht-Pre-*
dig. Flosculus hic occurrit *Thomasi*, in re seria ludere sœveti,
 flosculus, inquam, quo concio funebris pro Scripto levi, vili,
 rejicula, venditur, omnique adeo fide, veritate, pondere,
 æstimatur indigna. At quam infelicem hic lusum instituit
 Autor! Aut enim non legit Concionem hanc funebrem, ac as-
 severationem interfertam; Aut plane amorem proximi exu-
 lare jubet. Provocatur nimirum in illa ad extremum judici-
 um, & coram facie DEI, summi judicis, de pura edicenda ve-
 ritate, fit confirmatio, prouti expressa verba *jam supra §. IIX. p.*
28. adduximus. Quis ergo omnem bonam de proximo existi-
 mationem adeo abjiceret, ut, quæ interponitur sancta ac seria
 asseveratio, absque fontica causa, non nisi mendacem, nullius
 pretii, ac assensu penitus indignam proclamare non verecun-
 daretur? Quis non intenta mentis acie expenderet potius
 effatum DEI peregregium *Zach. IIX. 17.*, nec non regulam
 Jctorum tritissimam: *Quilibet tam diu bonus præsumitur, usque dum*
contrarium probetur? In hac jam Concione funebri, à *Blumio* ha-
 bita,

bita, & citra meritum, tam floccipensa, *inchoatam Executionem, de abrogando Exorcismo, inter causas supplicii Crellii capitalis referri*, Autor noster affirmat. At profecto qui centies totam Concionem à capite ad calcem perlegerit, ac pervolutarit, neque volam neque vestigium ea de re inveniet; Quid? quod contrarium potius, quod scilicet neutiquam, ob conatus de Exorcismo abrogando, capite plexus sit, in illa edisseritur. Cum enim *Crellius*, nunquam se audivisse, opposuisset, quod quispiam, ob aberrationem in rebus religionis, ultimo affectus sit supplicio, *Blumius*, ejusque *Collega*, è vestigio regesserunt, illum haudquaquam religionis, sed aliorum criminum capitalium causa, capitis damnatum esse, testibus disertis verbis, ex *Concione funebri p. 27.* jam supra §. VII. p. 20. in medium allatis. Adhæc in *Conc. fun. p. 28.* causa, mortem *Crellio* accersens, non allegatur *tentamen Exorcismi abrogandi*, sed culpa gravissima, expressa in sententia Cæsarea, h. m.: So hören wir wol (ita compellant *Crellium*, de innocentia sua gloriatum) ihr wollet unschuldig und ein heiliger Märtyrer seyn? NB. das Kayserliche Urtheil, das Zeugniß so vieler staatlicher Berendeter, in allen Rechten geltende Zeugen, die unleugbare, und von euch selbst recognoscirte, gestandene, vielfältige Urkunden sollen alle falsch seyn? it: post pauca: Des bin ich gewiß, daß weder NB. des Urtheils Verfasser, noch der Herr Administrator, oder der Churfürst zu Sachsen, in der Sachen nicht zu viel thun etc. Itaque uno velut ictu illa cadit inculpatio, qua *Crellium*, ob *inchoatam executionem de abrogando Exorcismo, capitis subiisse supplicium*, prætextitur, quia totum fundamentum, cui inculpatio ista superstruitur, cariosum, ac ruinosum, imo nullum est.

§. XII. Restant adhuc *aberrationes quedam*, quoad nonnullas *supplicii Crelliani circumstantias*, non plane prætermittendæ. *Palmaria* in eo consistit, quod *Arnoldus* in der Kirchen- und Kezer-Historie Part. II. Lib. XVI. Cap. 32. §. 33. p. 396. haud obscure Lectoribus credendum propinet, *sententiam Crellii condemnatoriam non ab Imperatore, sed à Consiliario tantum Appellationis Bohemico latam esse*, his verbis; Er (*Crellius*) hat darwieder (wieder das Urtheil

Urtheil

Urtheil) hefftig gesprochen, weil solches nicht vom Kaysler, sondern von einem Böhmischen Appellations-Rath gesprochen, auch nicht Acten-mäßig wäre, *nuda nixus autoritate Amicorum Crellii* im Gegen-Bericht p. 7. sqq. quorum verba leguntur apud *Arnold. l. c. Part. IV. Sect. II. num. 63. §. I. p. 416. a.* At vero migrat hic *Arnoldus*, more solito, candorem Historico dignum, quandoquidem ne verbulo quidem, quod facere tamen necessario debuisset, *publicum Caesaris Rudolphi II.*, Pragæ An. 1601 residentis, & ibidem An. 1612. fatis concedentis, attingit Edictum, de Anno 1606, quo cavillum memoratum destruitur, & Amicorum Crellii Scriptum, ob istius calumniæ venditionem, ad perpetuos condemnatur carceres. Nolo integrum illud apponere, extans apud *B. Nicolai Opp. p. 888. sqq.*, & ex eo repetitum à *DD. Cypriano* in den ferneren Proben von *Arnolds* Partheyligkeit §. XI. p. 11. sqq. Conf. supra §. II. p. 11; Sed tantummodo, quæ ad nostrum faciunt negotium, excerpere studebo. Ita namque *Imperator* ibi loquitur: Uns hat der Hochgebohrne Christian der II, = = = zu erkennen gegeben, was massen S. L. in Erfahrung gebracht, daß wegen D. Nic. Crellens, der zusolge unser Kayslerlichen, reifflich berathschlagten, rechtmäßigen Urtheil, um allerhand schwerer, von ihm begangener Verbrechen und Missethat willen = = =, mit dem Schwerdte vom Leben zum Todt gerichtet worden, etliche, die sich seine, des enthaupten Freünde, und andere der Wahrheit Liebhaber nennen, ein böshafftes, lästerliches Schmach-Buch, intituliret: Antwort und wahrhaffter Gegen-Bericht = = =, in offenem Druck (doch ohne vermeldt des Buchdruckers Nahmen, wie auch des Orts, da solch Buch gedruckt worden) Jahres Sechzehen hundert und fünf, publiciren und ausgehen lassen, darinnen, unter andern Unwahrheiten, fürnehmlich dieses ausgesprenget wird, als hätten wir niemahls um mehr berührtes justificirten Crellens Verbrechen oder Urtheil gewußt, sondern wäre alles von andern zum Schein fälschlich fürgegeben. = = =. Wann denn hoch und viel daran gelegen, daß solcher Muthwillen und Bosheit nicht ungestraft bleibe, hierum ersuchen Wir Eure E. E., und Euch, hiemit freundl. und

und gnädiglich, den Andern, und Unfern, aber ernstlich gebietende, und wollen, daß, Sie = = = vielgedachten leichtfertigen Diffamanten, sowoll dem Buchdrucker überall besten möglichen Fleisses nachtrachten, und welcher Ende sie erforschet, erfraget, oder betreten werden, angreifen, niederwerffen, und Uns dessen unverzüglich berichten, = = = insonderheit aber die viel angeregte Schmach-Bücher, sie seyn in Latein, Teutsch, oder anderer Sprache gemacht, geschrieben oder gedrucket, nirgend feil zu haben, zu verkauffen, zu kauffen, zu lesen, abzuschreiben, zu drucken, umzutragen, zu behalten, Jemand's verhängen, oder verstaten, sondern als giftige, auffrührerische, bößhafte, lästerliche, falsche Gedichte gänzlich abthun, unterdrücken, vertilgen, und verbrennen, derselben Verkäufer, Feilhaber, Käufer, Inhaber, Umtrager, oder Ausbreiter, den Rechten oder Reichs-Ordnung gemäß, ernstlich bestraffen, und denn solch Schmach-Gedicht keinesweges erneuert, nachgedruckt, oder anderer gestalt spargiret, und ausgebreitet werde, fleißige Fürsichung und Anordnung thun, &c. &c. Si ergo *Arnoldus serium* hoc Imperatoris mandatum decenter considerasset, neque in hoc neque aliis passibus *Amicorum Crellii* narrationibus tantum tribuere potuisset. Conf. *DD. Cyprianum l. c. p. 10. sqq.*

§. XIII. *Aberratio alia ab Arnoldo l. c. committitur, dicendo, iudicium Camerae Spirensis, sub poena proscriptionis, denuo injunxisse, ut ulterior Crellio concederetur defensio.* Das Cammer-Gericht zu Speyer habe NB. nochmals bey Straffe der Acht anbefohlen, (den Crellen) mit seiner Nohtdurfft zu hören. Nam *Arnoldus* partium studio ipsos *Amicos Crellii* post se relinquit, cum hi nullam Mandati Spirensis, *denuo transmissi*, mentionem faciant. Sed ablegamus hic B. Lectorem ad *Dn. D. Cyprianum l. c. §. XIV. pag. 20.*

§. XIV.

§. XIV. *Aberrationis novae* notam sibi inurit *Arnoldus loc. cit. Part. IV. Sect. II. num. 63. §. 4. p. 461. b., D. Polycarpo Lysero, Sen: sanguinolentiae* dicam, sola dictatoria potestate, impingendo, criminandoque, praelaudatum *Lyserum suam quoque operam ad Crellii decollationem contulisse*. Ita namque l. c. fatur. Was sonst die Auctores dieses Gegen-Berichts unter andern von D. Polycarpo Leysern geschrieben, daß Er bey Crellens Hinrichtung wol das Seinige auch beygetragen, haben sie ohne Zweifel aus einigen Umständen geschlossen. An sic, *Arnolde*, licebat statim calculum adjicere larvatis clamatoribus, eorumque narrationem ambabus excipere ulnis? An ex mero impotentis animi impetu in Virum alios laudatissimum invehi? An circumstantias quasdam, sanguinolentiae indices, nude commemorare, nullas afferre? Certe ex *Lyseri Apologia, Amicis Crellianis opposita, cui tit: Rettung der Ehren und Unschuld, apud B. Tentzelium in der curiensen Bibliothec an. 1705. p. 723. sqq.* luculenter patet, quam injuste *Amici Crellii Nostrum* seditionis, turbatae pacis publicae, aliorumque criminum postulent, cum is *Brunsvigae* sui causa seditionem civium contra Magistratum abortam non esse, multo minus se Autorem tumultus excitati fuisse, DEO invocato teste, intrepide profiteatur, ac dictos *Crellii Amicos*, aut calumniae macula notatos esse, aut crimen seditionis imputatae probare debere, publice edicat. Videre hinc est, quam parum vel nihil fidei lucifugae hi mereantur, quapropter quoque *Arnoldus*, si hanc *Lyseri Apologiam* rite consulisset, abstinere à tam folicita citatione *relationis contrariae*, des *Gegen-Berichts*, saltem eandem non pluris facere, quam reliqua nostrae partis scripta omnia, necesse habuisset. Conf. *Tentzelium l. c. p. 681. sq.* Neque verba *Lyseri*, ab *Arnoldo* allegata, *sanguinolentam* prodant *mentem*, sed id tantum insinuant, parum boni ex solius Politici cujusdam *Crellii* absoluta potestate, dirigendi res Ecclesiarum ac Scholarum, expectandum esse. Ceterum prolixè *Lyserum* hunc Seniore contra *Arnoldi* injurias vindicavit *B. Polycarpus Lyserus, Jun. in Officio pietatis.*

§. XV. Sed non contentus *Arnoldus*, *Lyseri* famam con-

H

spurcasse

spurcasse, tres quoque *Ecclesie* Ministros, *Blumium*, *Rudolffum*, & *Mollerum*, *Crellium* ad supplicii locum comitatos, invadere, illorumque existimationi detrahere audet, causatus, eundem his, qui *Lysero*, fuisse animum, scil. in *Crellii* mortem intentum. Verba ita sonant *loc. cit.* S. 5. p. 461. b.: Die drey Prediger, so *Crellium* zum Tode begleitet, haben dergleichen Sinn in dem *Examine Examinis Pierii* auch sehr deutlich entdecket. Daraus nur zur Probe folgendes aus p. 95. anzuführen genug seyn wird: **Es dancke euch** solches der Teuffel, daß ihr (Calvinisten) solche Gesellen seyd, daß wenn ihr die Obrigkeit zum Blutbade angemahnet, ein ganz Land in Gefahr Leibes, und Lebens, Gutes und Blutes gesetzt, und wieder den Land-Frieden gehandelt, man auch solches über Euch erweist, und Urtheil und Recht giebet, Sie als Landfriedbrecher sollen mit dem Schwert getödtet werden; daß ihr pfeget gute Worte aus falschem Herzen zu geben, &c. At vero *judicium*, quæso, æquus interponat rerum arbiter, an ex his verbis vel *fidiculis* extorqueri queat, quod *Arnoldus* inde extorquere cupit. *Loquuntur Ministri Evangelici in Examine Examinis, Opp. Phil. Nicolai Tom. IV. p. 451, de sententia à Judice lata*, & huc redeunte, perfidos istiusmodi homines, ac pacis publicæ turbatores, *Crellii* similes, *gladio necandos esse*; Non autem ipsi, ex proprio arbitrato, talem pœnam determinant, & flagitiosis adjudicant. Qua ergo vel specie veri inde animus, in *Crellii* mortem intentus, colligi potest? qua fronte elici, Ministros hos verbi pro viribus necem *Crellii* promovere studuisse?

§. XVI. Gemina aberrationis macula laborat *Emanuel de Meteren*, seu *Meteranus*, in den *Niederländischen Historien Part. II. ad An. 1601. p. m. 138. b. risum super ultimas Crellii preces* commemorans, scribensque: Wie Er (*Crellius*) sein Gebet zu Gott gethan, und sich dem Todt ergeben, sprach Er: Nun mein Gott Vater, will ich dir das Leben, so du mir verliehen hast, wieder überliefern, und dir Herr Christe, das du mit deinem Blut erlöset hast, und dir O heiliger Geist, der du es geheiliget hast. Denen Predicanten, so bey ihme waren, bedauert solchs Gebet

Gebet seltsam zu seyn, und bewegte das Volk zu lachen, da hat Er Gott, daß ihr Lachen nicht in Weinen mögte verändert werden. Enim vero, quod de *Meterano* Eruditi observant, eum nimia indulgisse credulitati, uti est apud *DN. Jocherum* im Gelehrten *Lexico Part. II. col. m. 150.*, id praesenti comprobatur specimen. Sine dubio enim vago, qui ad aures ipsius pervenit, rumori, adhibuit fidem, & hinc insigniter deceptus est, quandoquidem *Crellius*, ultimum recepturus ictum, tales preces, quoad singulas voces, haudquaquam fudit, sed verba praeeuntem Confessionarium secutus est, h. m.: Vater, was du geschaffen, Herr Jesu du Sohn Gottes, was du erlöset, heiliger Geist, was du zum ewigen Leben geheiliget hast, das gebe ich dir wieder &c. Vid. *Concion. funebr. p. 45.* Hac ratione, quod de risu narratur, ultro concidit.

§. XVII. Sic inconcussum manet ac immotum, *Crellium* non religionis, sed regionis causa, quia pacem regionis, ac imperii Romani, turbare ausus est, carnificis manu interemptum esse, uti in primis §. IX. p. 30. sqq. demonstratum dedimus. Perperam ergo *D. Joach Langius* in *Histor. Eccles. p. 892.* sententiam supplicii capitalis vocat injustam. Insigniter quoque veritatis viam migrat Epitaphium illud, ex lacunis *Epistolarum Lingelsheimii ad Jac. Bongarsium p. 163.* allatum à *Bernhardto* in *der Historie der Gelehrten p. 481:*

Crellius hic situs est, cur crux infixæ sepulchro.

Id fit latronum qui periere manu.

Rectius potius se habet sequens epigramma, apud *B. Zieglerum* im *Schau-Platz der Zeit p. 1157:*

Crellius elato qui summa tenebat honore:

Deponens tumidum, jam tenet ima, caput.

I nunc consiliis, & honoribus utere dextre.

Qui caput exitii clade carere cupis.

§. XIX. SUPERPONDII adhuc loco sequentes adjicere placet *Observationes*: I) Magni Principum interest, piis, Deique & vera religionis amantibus uti *Consiliariis*, quia hi non pravis consiliis obesse

obesse, sed bonis prodesse gestiunt. Et in quantas periculorum calles improbi Consilarii Dominos suos conjicere potis sint, patet exemplis *Jonadabi 2 Sam. XIII. 5. sqq.*, coll. v. 28. 29, *juniorum illorum 1 Reg. XII. 8. coll. v. 16. sqq.*, *Ministrorum Hanonis 2 Sam. X. 3. sqq.* coll. v. 7. *sqq.*, *Cap. XI. 1., Cap. XII. 26. sqq.* &c. Graphice *B. Lutherus Tom. VI. Altenburg. p. m. 191. insit*: Wenn Gott einem Fürsten übel wil, so gibt er einen Ahitophel, auch dem frommen David an seine Seiten, und auf die Ferßen &c. Miramur hinc meritò, *Crellium* ab ipso gloriosissimo Electore *Augusto*, Filio suo, tunc Electoratus *Hæredi, Christiano I.*, datum esse Consilium, quippe cujus animus à religione nostra alienus, jam tum innotuerat, & de quo *D. Hieron. Pantfchmannus* diserte edixit: *D. Krell* hat zwei Tugenden an Sich: die eine ist, daß er keinen ehrlichen Mann unter Augen ansiehet. Die andere ist, daß ihm kein wahr Wort aus dem Munde gehet. Darum wird es der Chur-Fürst gar wol getroffen haben, daß Er den zu einem Referendario geordnet hat, teste *Lysero* in der *Rettung der Ehren und Unschuld*, apud *Tentzelium Curieus. Bibl. an. 1705. p. 708. Conf. supra §. X. p. 40.* Dolemus pariter vices optimi Electoris, *Christiani I.*, quippe cui *Crellius* sollicitudinis subinde ac mororis haud parum expressit, juxta §. *II. X. p. 21. sqq.*, ac præterea religionem ac regionem in maximum adduxit discrimen. juxta §. *II. X. p. 20. sqq.*, §. *IX. p. 30. sqq.*

§. *XIX.* *Consilarii semper gloriam DEI, emolumentum Ecclesie ac Reipublice, nec non Principum suorum verum commodum, utroque respiciant oculo, magis conscientie, quam favoris Principum habentes rationem, ac Machiavelli in Principe Cap. XII. X., non veram virtutem sed simulationem tantum virtutis, Principi necessariam dicentis; HOBBSII in Libr. de Cive & Civium Offic., non nisi Imperantium Leges pro norma boni & mali, venditantis, aliorum, cane pejus & angue detestati. Conf. Christoph. Prætorii Politicam p. m. 138. sq. 140. sq.* Utinam *Crellius* ita fuisset comparatus, & dona, à DEO largiter concessa, bene collocasset! Ceterum pluribus officium ac requisita Consiliorum persequuntur *Felwingerus in Tr. de Consiliariis, Hippolytus à Collibus in Consiliario, Jac. Lebleu in Instructione futuri Consilarii, Christ. Röhrensee in Disp. de Consiliariis, Secken.*

Seckendorffius im Fürsten-Staat Part. II. Cap. VI. §. 2. & 3. p. m. 95. sqq. & in Additt. §. 32. pag. 96. sqq. Baierus in Compend. Theol. Mor. p. 547., D. J. M. Langius in Supplemento in Bayeri Th. Mor. p. m. 630. sqq. Adde Matthie Theatrum Historic. p. m. 229 sqq., & D. Maji Oeconomiam Judiciorum divinatorum V. T. Part. II. Cap. XVII. §. III. p. 137. sqq., aliaque Scripta, apud Autorem der Theologischen Offerten Part. I. p. m. 941. sqq.

§. XX. *DEUS malos Consiliarios odio habet, eosque suo tempore gravissimis mactare solet poenis. Exemplo perfidus est Abitophel 2. Sam. XVII. 23., de cujus tragico exitu consuli meretur Majus l. c. p. m. 133. sqq. Idem nos conducet Crellius, ex justo DEI judicio poenam talionis, quæ dicitur, expertus. Ita namque legitur in Concione funebr. p. 48. sq. : Womit einer sündiget, damit wird er auch gestrafft. D. Krell = = hat D. Mirum ins Gefängniß gebracht, ins Gefängniß hat er müssen wiederum gehen, eben an dem Ort, an welchem D. Mirus gefänglich gefessen, hat D. Krell auch müssen gefangen sitzen. Alle Wege zum Chur-Fürsten zu kommen, hat D. Krell verlegt. Alle Wege sind Ihm wiederum verlegt worden. Einen unschuldigen Pfarrer hat er dem Hencker in die Hände gegeben : dem Hencker hat er müssen wiederum in die Hände gerathen. Er hat Ursach gegeben, daß das Schwerdt der Trübsahl der Chur-Fürstl. Wittwen, und andern frommen Christen, hundertfältig durch die Seele gedrungen : Am Schwerdt hat er auch müssen sterben &c.*

§. XXI. *Ergo pravi Consilarii discant cautius mercari, & à pristinis desistant pravitatibus, ne pariter in gravissimam DEI iram incurrant. Commendari illis meretur aureum Salomonis monitum Prov. III. 5. 6. 7. : Conside Jehova omni corde tuo, & tue prudentie ne innitere, Eum in omnibus viis (actionibus) tuis agnosce. Tum ille diriget semitas tuas. Ne sis sapiens in oculis tuis, time Jehovam & à malo recede. Principes autem sibi caveant à malis Consultoribus, probe perpendentes, quod Machiavellus Valentinum Borgiam insani-
onte sapientia dederit exitio, & quotquot ejus consilia factaque secuti
sunt, calamitosos exitus habuerint, monente Adamo Comzenio in
Epist. Dedic. civil. Doct.*

S. D. G.

COROLLARIA
in gratiam DNN. Opponentium
à Respondente adjecta.

Sæculo reservati sumus *Literario*, cujus genius non jam sci-
viffe multa requirit, sed multa scripsisse, miraculo po-
steritatis.

2.

Puer Lubecensis, *Christianus Henricus Heinecken*, cujus elo-
gium tot exercuit doctissimorum Virorum calamos, tametsi Ar-
ganthoniacam vixisset senectutem; tum, inde a nucibus reli-
ctis, uni se *historia literarum* adeo mancipasset, ut nihil laboris
fecisset reliqui, hujus tamen Systema æque valuisset relinque-
re, ac mare Balthicum exhaurire.

3.

Historia & Ecclesiastica, & Naturalis minime gentium partes
sunt *Literariae*. Sin autem vel maxime forent, præjudicii ta-
men gravissimi nota nullo suo merito inureretur consentienti
doctorum gloriæ à *Jac. Frid. Reimmanno* im Versuch einer Ein-
leitung indie *Historiam Literariam* insgemein, pag. 18.

4.

Atheorum Naturalistarumque fœtus, æternis potius tene-
bris, quam luci ac typis sacratos mallems. Non itaque voto
subscribimus *Dan. Guil. Morhofii*, exclamantis in *Polyhistor. Liter.*
Lib. I. Cap. IIX. n. 5. p. 76: Utinam ejus farinae libri extarent, &
legi ab omnibus possent. Certus sum, ex ipsis tela, quibus
eorum calumnia juguletur, nos deprompturos.

5.

Idem sentire *Theod. Lud. Lau*, magni ingenii athe-
um, ex suppresso constat venenatoque opere, *Meditationes,*
Theses, Dubia Philosophico-Theologica, quod inscripsit, & sub *veritatis*
Eclecticae amici nomine publicavit *Freystad. 1719. 8vo.* Ibi p. 3.
Thes. 6.: Ad veritatem, inquit, Philosophicam & Theologicam
cognoscendam: Tolerantia cujusvis generis, librorum, utilis
& necessaria. Contraria enim juxta se posita: magis eluce-
scunt. Optandum hinc: ut ille, de *Tribus Mundi Impostori-*
bus,

bus, Liber: Veram cujus existentiam Eruditus tuetur orbis;
in lucem denuo prodeat.

6.

Extare pestilentissimum, de tribus impostoribus, scriptum, tam certum est, quam quod certissimum. Quocirca operam perdidit atque oleum *Bern. de la Monnoye*, quando peculiari, *Menagianis* annexa, dissertatione, rationes anxie conquisivit, queis pro ente rationis habendum sit declarandumque.

7.

Mirum etiam Viros & ingenii, & doctrinæ copia excellentes, *Petrum Balem* ac *Matth. Veiss. de la Croze*, premere *Monnoyo* pollicem potuisse. Inprimis autem *Christoph. Aug. Heumannum*, in editione, *Conspectus Reip. Literariæ auctiori*, pag. 179. haud cecinisse palinodiam, quod olim *Struvius* facere nullus dubitavit. Taceo *Simonium*, *Naudæum*, *Grotium*, *Langium*, reliquos.

NB. pag. 1. l. 18. pro urb. leg: Præt. p. 8. l. 19. post verb. p. 23. lege: excitante Dornio in *Biblioth. Theol. Crit. T. 2. p. 548. p. 29. lin. 21. pro Joh. leg. Dav. p. 31. l. 2. pro exacerbavit, lege: exacerbavit. p. 32. l. 11. pro varis lege: navis. &c.*

VIRO JUVENI

*Nobilissimo, Clare Docto, & elegantioris culturæ
insigniter perito,*

DN. CHRISTIANO HENRICO
ENGELCKENIO,

Juris & Humaniorum Cultori pererudito, strenuo ac indefesso,

*Amico & Cognato Suo, Ocelli instar adamoto, ac carius
tenerrimæque fide bene habito,*

salutem omnigenam precatur

WEIDENERUS. D.

Studiorum is est precipuus eandor, ut nec velint, nec possint profanis
conspurcari, & ad fraudes ac dolum comparatis operis inquinari;
Sibi metipsis namque confestim vindicantur, & scorias ut horrent, ita
perperam insfricatas, sollicitius & vel igne non admoto, exspuunt, quin
penitus enervant; Hinc & nec plagiariis, nec pedantismo facile concili-
antur, istos enim pudesciunt cito, & huic nigros diu decreverunt lapil-
los;

lor; *Fubar* & suum coelitus indultum, tam sancte tutantur, ut citius orbem metuas interiturum, quam veritates illas, quas DEUS communes quidem, sed & pretiosissimas & insigniter singulares haberi honorarique voluit; Quis ea propter tam suret, ut sacrilegii crimen non detestaretur; Quis eo insaniret, ut vitam ipsam cum morte, & luminaria cæli cum tenebris vellet comparata?

Hanc scitam calles, imo, quod in majus adhuc cedit pretium, hanc prudenter & egregia Tua laude colis ratiocinationem, Amicissime DN. ENGELKEN! Hinc nil prius aut pretiosius noris, quam ut solidiori omni cura, ubi vis & summa cum laude proficias. Habes PARENTEM, Virum subactissimi Judicii, & religiosissimum Præsulem Ecclesiarum, qui in negotiis expediendis, non modo abunda promptitudine cluit, sed & admirabili eruditione instructus, strophas & mala schemata fraudulentorum quorumcunque dirimere, & nervum istis incidere sagaciter solet, & ut casus id postulat, severiter magnoque pondere dispergere didicit: Vivis in consortio quotidiano PATRUI TUI, Viri integerrimi, ac Theologi de Academia nostra & de omni Lutherana Ecclesia meritissimi. Si & tertium non aspernaris, Memetipsum, Patruæ Tuæ Conjugem, adpono. Omnibus autem ac singulis nobis places, queis assentari Tibi dedecus, assentiri vero in deliciis manet positum. Amissimus Te equidem e palestra nostra, studium namque Juris præcipuum habes, in quo vires omnium laudatissime periclitaris; sed ne amississe Te nosmet, rigidius querulemur, Tua id impedit negotiosa sedulitas; Qui namque cum Timotheo abs infantia sacras novisti literas, & Orientalibus Linguis ac sanctæ Theologiæ non invalide adfuetus es, adeo non vilipendis sanctam fidem, ut potius in eadem solertissime proficias, & obvia quacunq; occasione, quid heresis, quid schismata sit? curatius distinguas; dum & nulla pietas vera sit, quæ non ascenderit super stemma ac radicem veritatis Divinæ, ideo compositos ac pie floridos admiramur mores, quos integerrimos experti sumus. Studium & juris, in quo gnariter desudas, non voluisti proletarium, nec per saltus emergere aves, solidioribus potius principiis mascule invigilas, nec desistes a tramite tam felici, donec colophonem felicissimum attingeris. Est Tibi præterea is demum protinus emergendi estimatissimus ardor, ut & in Museo caleant commercia literaria. Non facile novum typos superat scriptum, quod Tibi maneat impervium, probatissimos Autores in succum & sanguinem vertis, & nec hos repudias omnino, quos refutandos & eliminandos ducis. Rarioribus curis manum ac

enemem

mentem adhibes, ut Historiam scias peculiarium Genealogicorum & Heraldicorum Thematum, & ne quicquam Te fugiat eorum, que orbis remotior habet, inter eruditos quoscunque Belgas, Gallos & Germanos arena Tua cautius oberrat, ut hinc aditus ad reliqua Regna & Provincias illustriores promptæ Tuæ sedulitati præclusus ullibi, metui non debeat.

Cape has tesseras pro nativæ & celebri jamdum Tuæ modestiæ, videque, quam Te nostræ mentes & lyncei comitentur oculi, quorum in deliciis hærent insigniores Tui profectus & quos torvos ac rigidos experireris, si sine exoptato Te & Nos frustratos agere posses. Confidas & quod ad singula Tuæ exasciata specimina vigilant nostræ preces, & nos hoc ardentioribus Te comitemur votis, ut Patriæ & Nobis omnibus ac singulis floreas. Vale. Iphis Calendis Januarii Anno MDCCXXVII.

Amantissimo & carissimo unico suo, ex dilectissimo Fratre,

NEPOTI,

χαίρειν, ὑγιαίνειν, εὐπράττειν!

Quoties in Te intueor, mellitissime ex Fratre Nepos! toties vivam Parentis tui optimi, Superintendententis Parchumensis dexterrimi, Fratris mei unici longe suavissimi, intueor imaginem, quippe quem & facie & dotibus exacte refers. Non potui itaque non intima perfundi voluptate, me Patris Tui præsentia destitutum, Patrem Tuum in Temet hætenus vidisse, ejusque velut consortio fructum esse exoptato. Quadriennium nimirum fere elapsum est, ex quo mihi licuit esse tam felici, Te in ædibus meis habere Domesticum, in mensa convivam. Sed, fateor, tam cito elapsum est, ut avolasse potius, quam præeruisse, visum, mihi in memoriam revocet illud Ovidii:

Tempora labuntur, tacitisque fenescimus annis.

Et fugiunt, freno non remorante, dies.

Interim intra illud temporis spatium Te conspexi, per DEI C. M. gratiam, semper ad honesta quævis grassari virtutis via. Et licet Theologie studio Te non addixeris; Attamen hospes in campo Theologico esse noluisti, sed potius, uti ad pedes Theologorum longe celeberrimorum, Dn. D. WEIDENERI, & Dn. D. ÆPINI, Collegarum meorum æstumatissimorum, sedere, ita & meas lectiones Theologicas pariter atque philologicas frequentare in deliciis habuisti, neque contentus, doctrinas sacras rite imbibisse, Collegiis quoque disputatoriis, intra privatos parietes institu-

dis, interesse, ac cum Commilitionibus doctissimis amicum inire certamen
 haud detrectasti. Postmodum iurium culturam cura cordique habere, &
 eapropter institutione felicissima, ac solidissima Juris-Consulti excellen-
 tissimi, Dn. D. Sibrandi, Collegae nostri conjunctissimi, uti coepisti, &
 adhuc summo cum mentis prolubio iueris. Non poterat non hoc Theo-
 logiae ac Juris connubium Tibi arridere, qui aliquando in publica Dis-
 sertatione V. D. de studio Theologiae Jcto necessario, monstrare
 animum induxisti, quam egregie rebus suis consulant, qui Theologiam
 cum Jurisprudencia conjunxerint. Plane quoque persuasus sum, ex ne-
 glectu studii Theologici interdum oriri, quod multi Jctorum de religione ac
 rebus sacris, data occasione, tam scabiose judicent, controversiarum Theo-
 logicarum momentum elevent, Theologorum intemperatum animum ac
 heretificationem crepent, ac ubique indifferentissimi amorem praeseferant.
 O pestes Ecclesiae ac Reipublicae! Tu autem, amantissime Nepos! pro-
 pterea scientiae sacrae quendam apparatus, per DEI gratiam, Tibi compa-
 rare laborasti, ne ad avia istiusmodi declinans, fidei faceres naufragi-
 um. Maecte hac virtute Tua, ac quotidie magis magisque, arboris instar
 fructiferae, succresce, in summi Numinis gloriam, Ecclesiae gaudium, Rei-
 publicae emolumentum, orbis litterati decus! Exhilarabis sic Parentes
 suavissimos, & imprimis Parentem Tuum honoratissimum, Fratrem meum
 unicum carissimum. Exhilarabis bonos omnes, de tuis egregiis profecti-
 bus intime letatos. Exhilarabis memet ipsum, qui, quod mihi credas
 velim, vix Patri Tuo, sincero in Te amore concedo, impense gavisus,
 in Te non quadrare, quod Spartianus in Vita Severi ait: Τῶν κα-
 λῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὡς περ εἰμαρμένη εἴη, οἱ υἱοὶ Φαῦλοι
 ἀποβαίνουσι, καὶ ὀλίγοι τινὸς ἀξιοὶ τῆς πατρῴας ἀρετῆς. i. e. Hone-
 storum ac bonorum Virorum, ac si fatale sit, filii, improbi eva-
 dunt, & parum referentes patriam virtutem. De cetero nullus
 dubito, quin praesens thema, ex Historia Ecclesiastica petatum, mascule sis
 defensorus, & contra Opponentium tela sartum praestiturus tectumque, cum
 ex privatis disputandi Exercitiis mihi, & ex publicis aliquot specimi-
 nibus, strenua oppositione editis, aliis quoque peritia variarum scientia-
 rum, indefesso labore conquisita, innotuerit. Vale, ac DEI protectioni
 semper commendatus esto! Scrib. Rostoch. An. MDCCXXVII. die 24.
 Januar.

TUUS, quem nosti,

PRÆSES.

Nobi -

Nobilissimo ac præclarè Docto
DN. RESPONDENTI,

Fautori & Amico suo Honoratissimo,
S. & O.

FR. ALB. ÆPINUS.

UT diversa sunt mortalium ingenia, sic & Studia eorum diversa. Alios namque in hoc, alios in alia, naturali sæpe & inevitabili quodam tractu, ferri & ignotâ velut vi compelli, vel quotidie cernimus. Ita nimirum nobiscum in hoc mundo quasi ludere incomprehensibili Numinis sapientiæ placet, cuncta tamen ea ad communem totius hujus universi bonum & utilitatem dirigenti. Quapropter talis natus instinctus non fortuito nobis contingere æstimandus est, sed vitæ naturæque nostræ Autori, ceu primæ causæ, jure meritoque tribuendus. Optimè proinde cum sibimet ipsis, tum generi humano consulunt, qui hunc instinctum sibi ducem sequuntur, iis se Studiis Artibusve & negotiis tractandis mancipientes, ad quæ nativo impulsu vel rapiuntur, vel saltem excitantur. Optimè quoque & liberis suis & mundo consulunt Parentes, ingeniorum potiùs eorundem ac naturalis inclinationis, quam suæ propriæ vel voluntatis vel opinionis rationem habentes. Verosimile namque non est, providentiam sapientissimam non simul aptitudinem ad id alicui largiri, ad quod ei per naturam indidit proclivitatem. Quæ meditati mirum non erit, qui Tu, *Præstantissime* DN. ENGELCKENI, Theologi Celeberrimi filius, Parentis Tui non insistens vestigiis, Themistos Te Sacris addicere maluisti. Nec enim minùs hoc tuo Studio DEO servire, mundoque inservire, quorsum conatus nostri omnes dirigi ac tendere debent, olim poteris, nec Jure Consultis atque Politicis carere hic mundus potest. Interim, id quod in Te suspicimus, Sacrorum studiorum adeò non negligens es, ut potiùs cum spaciosis legiferi Juris voluminibus, sacras salvifici Verbi paginas jungas, harumque non minùs ac istorum sedulæ lectioni vaces. Et quemadmodum Civilem, ceu princeps tuum studium postulat, ita & Literariam pariter atque Ecclesiasticam Historiam in deliciis habes. Cujus equidem luculentissimum esse testimonium poterit, quam, Celeberrimi Patruis tui, Collegæ nostri æstumatissimi, quem DEUS Ecclesiæ & Academia servet, Præsidio nixus, eruditorum colloquio subjicies, de nobili quâdam res in Ecclesiâ nostrâ gestas attingente materiâ conscripta, *Dissertatio*. Quæ cum hisce Te alloqvendi occasionem mihi dederit, non possum non, quin ut reliquas virtutes tuas, ita & hos perquam laudabiles ausus enixè Tibi gratuler. Faxit Supremum in coelis Numen, Ahasverum Fritschium, Casparum Zieglerum, & Jo. Brunnemannum, quos sacra cum Politicis studia sororio velut vinculo conjunxisse, constat, aliquando meritis exæques, quamque Summè Reverendus Progenitor tuus in Theologiâ, Tu filius haud degener, in Jurisprudencia Nominis celebritatem consequare. Scr. Rostochii d. 18. Decembr. Anno MDCCXXVI.

NOBI-


NOBILISSIMO ATQUE ERUDITISSIMO
CHRISTIANO HENRICO
ENGELCKENIO,

Amico suo suauissimo,

f. p. d.

IO. HENR. A SEELEN, L:

QUam gratæ mihi fuerunt elegantissimæ litteræ tuæ, quibus significasti, velle Te sub præsidio magnifici Patruï tui, D. HERM. CHRISTOPH. ENGELCKENII, quem sanctior respublica, illibatæ doctrinæ custos, & alma Varniaca, strenua eiusdem vindex, præcipuis, quibus hodie conspicua est, ornamentis iure accenset, Historiam Nicolai Crellii, capite plexi, variis aberrationibus liberatam, pro vestris Academicis tueri, tam vehementer placuit mihi institutum hoc laudatissimum. Ostendis enim hac ratione peregrinæ, quod ex indole summe venerabilis Parentis tui, D. HENR. ASCAN. ENGELCKENII, cuius merita maxima & Megapolis, quæ Eum sacræ Antistitis munia summa cum laude obeuntem videt, & incorrupta dogmata diuina retinens coetus magnopere prædicat, ac semper prædicabit, feliciter hauseris & nomine Tuo dignus sis, spemque iniicias firmissimam, fore, ut aliquando merita ENGELCKENIANA, mea laude maiora, fortunatissimo successu amplifices. Sperare hoc me iubet tua probitas, quæ omnem ignorat suum, tuum ingenium, quod ea, quæ trita sunt ac vulgaria, longissime post se relinquit, tua industria, quæ inter indefessos plane optimarum litterarum cultores locum tibi iam conciliauit. Macte ista virtute tua, doctissime ENGELCKENI! & quemadmodum Crellianam astutiam, malitiam, iniuriam, emendatæ religioni, ejusque defensoribus, illatam, rectissime abominaris, ita ad Crellianos aliquando honores ascende, eosdemque, parta annorum & meritorum ingenti copia, tanto cum honore, quanta cum ignominia iisdem exutus est Crellius, depone. Seruet idcirco Te Deus O. M. & omni beet incolumitate! Sinat ille Te quoque diu, imo diutissime, viuentes & maxima auctos prosperitate videre Patrem, ac Patruum, ut per Te crescat longe lateque dudum vagata gloria ENGELCKENIANA! Vale & res tuas age prosperrime! Scr. Lubeca d XVIII Dec. MDCCXXVI.



10. X. 1985

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

01 Dez. 1998

III/9/280 JG 162/6, 85

SLUB DRESDEN



3 0332119

A Sax L 723

